

Universitätsbibliothek Wuppertal

Linguarum Vett. Septentrionalium Thesaurus Grammatico-Criticus Et Archæologicus

Hickes, George

Oxoniae, 1705

Vorwort

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1559](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1559)

A D

REVERENDUM VIRUM

ADAMUM OTTLEY

S. T. P.

Archidiaconum *Scrobbesburiensem*, & Ecclesiæ Cathedralis Herefordensis Canonicum, *Auctoris* de opere suo Præfatio.

UUM rebus, quæ in *Anglia* gestæ sunt ante tredecim annos, factum fuerit, ADAME OTTLEY, ut mihi nihil esse loci, neque in Ecclesia, neque in muneribus Sacerdotalibus publicis viderem, relicta, cui viginti annos non sine fructu studueram, scientiarum principe *Theologia*, ad linguas veteres *Septentrionales* recollendas omnem meam operam, & curam converti; tum ut *Institutiones Anglo-Saxonicas, & Mæso-Gothicas* nostras denuo edendas, quod multi flagitabant, recenserem; tum maximè quod nulla res alia, earum studio mirificè delectatum animum molestiis levare magis posset, & quibus affici cœperat in casibus nobis tam acerbis, à moerore & sollicitudine abducere. Repetitis istis in studiis cum non mediocres fecissem progressus, Te etiam in iis versari & excellere à *Wilhelmo Bromeo* Tuo accepisti, qui mihi auctor esse voluit, ut nonnulla, quæ elucubraveram, Tecum communicanda illi darem; quibus, quoniam ipse linguam *Saxonicam* & utramque *Goth.* perfecte affectus, admodum erat delectatus, & Tibi illa fore jucunda existimabat, dicam, an prædicebat, cum res non aliter, atque putârat, acciderit. Tu enim illa perlecta laudasti, consiliumque nostrum de recudendis *Grammaticis nostris Septentrionalibus* expositum non comprobâsti solum, sed pro Tuo in *arabam* literaturam amore, & beneficentia singulari, æs etiam ad levandos sumptus, qui in iis recudendis ponendi erant, primus omnium & optimis omnibus largiter contulisti. Quocirca cum præfatio mihi operi, quemadmodum atrium domui, multis de causis præstruenda sit, eam Tuo nomine inscriptam gratus voluit animus; non tantum ut meritorum in me Tuorum magnitudinem, verum me etiam eorum semper fore memorem ut cognoscerent quotquot aut casu librum nostrum inspiciant, aut consilio quæsitum studiosè pervolvant. Id etiam cur faciam in causa est magnus ille, quem in Te perspexi, literarum & antiquitatum *Septentrionalium* amor cum summa diligentia conjunctus. Ex quibus certus quidem scio neminem Te aut magis assiduum, aut magis peritum lectorem ad librum nostrum accessurum; adeo ut de illo, quæ dicenda sunt, apud Te præfando, lectores plane omnes, qui aut *Philo-Gothi*, aut *Philo-Saxones*, aut denique *Philo-Teutones* sunt, vel esse, vel se haberi volunt, compellare videar.

In scribenda vero præfatione noli credere me in iis redarguendis opera abufurum, qui *Grammaticas* scribere *S. Theologiæ Doctoris* dignitatis esse negant. contra quos non multis verbis hic dicendum existimo, quod contra illorum opinionem longa fatis oratione disputavimus in præfatione, quam *Institutionibus Grammaticis Anglo-Saxonis, & Mæso-Gothicis*, præposuimus, quæ ante XIII. annos *Oxoniæ* prodierunt. Ibi Clarissimorum pallii togæque virorum, *Platonis, Aristotelis, Theophrasti,*

Julii

Julii Caesaris, Ciceronis, Varronisque exemplis ostendimus, non alienum esse à sapientissimi maximive cujusvis existimatione, aut dignitate, Grammaticalibus se addicere, aut libros Grammaticos faciendo literarum studium promovere. Quinetiam exemplis * Caroli Magni imperatoris; ^a Ælfrici Archiepiscopi Cantuariensis; ^b Georgii Schottelii, qui Serenissimo Brunswicensium & Luneburgensium duci à consiliis erat; denique Johannis Wallisi S. T. P. ob matheos scientiam per totum literarum orbem præclari, id confirmavimus. Ad quos jam eruditione, & auctoritate sua venerabiles accedant, ^c Theodorus Beza; ^d Johannes Cheekus, eques Palatinus; ^e Rogerus Aschamus, Elizabethæ R. Angliæ præceptor; ^f Robertus Bellarminus Cardinalis; ^g Franciscus-Maria Maggius Panormitanus; & ^h quotquot alii à collegio Romano de propagandâ fide ad externos longinquosque populos, prædicandi Evangelii causa missi, barbararum linguarum institutiones Grammaticas cum ingenti literarum beneficio ediderunt. Postremo accedant non minus auctoritate graves, Jobus Ludolfus, qui Grammaticam Linguae Amharicæ, quæ vernacula est Habessinorum, cum Lexico-Amharico-Latino ante quatuor annos Francofurti ad Mænum publicavit; ⁱ Gulielmus Bonjour Tolosanus ordinis Eremitarum S. Augustini, qui Grammaticam Ægyptiacam nuper confecit; summæque tum dignitatis, tum auctoritatis homo prænobilis & doctissimus Franciscus à Mesnien Meninski S. S. Sep. Eques Hierosolymitanus, & Sac. Cæsareæ Majestati Consiliarius, qui Lexicon Turcico-Arabico-Persicum cum Grammatica Turcica suis Typis & sumptibus impressum Viennæ Austriæ edidit, A. D. MDC.LXXX. Idem etiam Onomasticon Latino-Turcico-Arabico-Persicum, Viennæ Austriæ, Anno Salutis, MDCLXXXVII publicum fecit. & in conclusione proemii ad primum opus suum incredibilem suum literarum Turcicarum amorem, & quantopere, & quam obstinato animo reip. literariæ prodesse cupiebat, his verbis describit: *Quanti sumptus ad incidendos, fundendosque exoticos Characteres, ad erigendam à fundamentis Typographiam requisiti, & erogati fuerint, novit exhaustum meum peculium. Quantam autem molestiam mihi ipsa operis impressio peperit, vel ex hoc judica, quod & compositorum Turcico-Persico-Arabicorum, & impressorum foliorum revisorem & correctorem, ipse agere, & ne latum unguem à typographis discedere coactus sum. Hæc autem omnia subii libens, non vanæ gloriæ stimulo agitatus, viles enim & suomet nomine obscuri videntur hoc sæculo hujusmodi grammaticales labores, - - - non spe lucri lactatus, (sumptus enim ad hoc opus edendum liberaliter expensus distractione omnium etiam exemplarium refundi, aut compensari minime potest) sed solo de principe, de rep. literaria, de te (Lector Studiose) bene mendi desiderio, studioque compulsus.*

Ex auctore doctissimo, qui barbaram linguam, qua non tantum religionis Christianæ, sed humaniorum literarum hostes loquuntur, hæc quorundam gratia transcripsi. qui Græcis & Latinis literis eruditi, Arabas penitus contemnunt, pene mirantes stultitiam meam, qui ista volui scribere, quæ, ut clamitant, nec indocti intelligere possunt, nec docti legere curabunt. Id etiam in me temerè nimis, & curiosè reprehendunt, quod tantum studium, tamque multam operam in explicandis barbaris, horridisque, & incultis expoliendis sermonibus posuerim. Quod tamen ferendum esse, si moderatior & temperantior in scribendo, minus temporis pretiosi, minus operæ malè collocatæ, minus denique perituræ chartæ in-

* Qui Grammaticam patriæ suæ linguæ Franco-Theodiscæ composuit. ^a Hic præcepta Grammatica ex Prisciano, Donatoque collecta, Saxonice transtulit in uno libro, cui glossarium Saxonico-Latinum adjecit. ^b Hic opus ex quinque libris Grammaticis constans de Germanica lingua Germanice edidit. A. MDCLXIII. ^c Hic Scholia de Germanâ Græcæ linguæ pronuntiatione scripsit, quæ ab Antonio Cevellerio recensita Genevæ excudit Paulus Stephanus, A. D. MDC. in libello cui titulus *Alphabetum Græcum & Latinum*. ^d Hic *dispp.* de pronuntiatione linguæ Græcæ scripsit, quæ Basilie prodierunt MDLV. ^e Hic librum Anglice confecit, quem inscripsit *The School-Master, or the plain way of teaching Children the Latine tongue*. qui Londini prodit, MDLXXX. ^f Hic Linguæ Hebrææ Grammaticam composuit. ^g Hic Linguarum Orientalium, quæ in Georgia regionibus audiuntur, institutiones Grammaticas Romæ excusas publicas fecit.

MDCLXX. ^h E quorum numero sunt Fr. Didacus Col-ladus ordinis prædicatorum, qui Grammaticam Linguae Japonicæ, in gratiam eorum qui prædicandi Evangelii causa ad Japoniæ regnum se conferebant, composuit; ipse in illo regno fidei, quam Catholicam vocant, propagandæ minister. Romæ prodit hic liber typis & impensis Sac. Congregationis impressus, MDCXXXII. ⁱ An vero in lucem adhuc prodit hic liber, nescio, de quo sic auctor scribit in exercitationis suæ brevis in monumenta Coptica seu Ægyptiaca. bibl. Valicane p. 25. *ne interim lectoris studium restinguat hæc in monumenta Ægyptiaca exercitatio, eum moneo me jam absolvisse Grammaticam Ægyptiacam. Accedat liber qui inscribitur REGULÆ quædam pro difficillimi CONGIENSIIUM idiomatis faciliore captu ad Grammaticæ normam redactæ. A. F. Hyacinto Brusciotto, &c. Regni Congiæ Apost. Missionis præfecto. Romæ. 1659.*

sumpſiſſem in faciendo libro, quem neque mihi, neque reip. literariæ utilem fore exiſtimant, haud ſine aliquo mei contemptu, ſibi que plus æquo tribuentes, dicunt. Sic faſtidioſi illi, & delicatiſſimi homines, qui literas *Septentrionales*, quas neſciunt, vituperant; quoſque offendiſt noſter in iis excolendis minimè nobis injucundus labor, quo literato orbi me ſimul & profuturum, & placiturum, quicquid illi contraſentiant, diſſerantve, ſperare jubet animus, neſcio qua auguratione permotus. Quid enim illorum, qui literas, librosque, quos nondum intelligunt, damnant, cenſuram pertimeſcerem? præſertim cum id faciendo præſtantiffimorum hominum famam cum noſtra graviter lædant, qui *Gothicas, Saxonicas, Francicasque* literas, quæ ad hanc ætatem jacuerant, non excitarunt modo, ſed literarum *Latinarum* lumine, tam apud nos, quam apud externos illuſtrarunt. Quamobrem ab iſtis literaturæ *Septentrionalis* obtrectatoribus id impetrare velim, ut meminerint, cum de illa, aut de nobis obloquendi animo quid aliquando dicturi ſint, in *Lelandum, Matth. Parkerum Cantuarienſem, Joh. Seldenum*, utrumque *Spelmannum, Th. Mareſchallum, F. Junium F.F.* ut innumeros alios præteream, qui apud nos *Saxonice*, apud externos *Gothice* literis jam incumbunt, ſe iniquos fore, illorumque exiſtimationem, & dignitatem ſummam, trajectis lateribus noſtris, graviter vulneraturos. Quare tantorum virorum exemplis, & præſidio tutus, id genus hominum faſtidia, & obtrectationes tantum contemno, quantum illi antiquas literas *Boreales*, noſtramque in iis docendis exornandiſque diligentiam aſpernantur. *Græcas* ergo *Latinasque* linguas, & auctores & homines mirentur per me, quantum velint; modo à linguis, quibus majores fui locuti ſunt, libriſque quos ſcripſerunt, non abhorreant. Quæ res apud illos geſtæ ſunt, & qui illorum mores fuerunt jucundum ſit iis legere; modo quas hi pace belloque geſſerunt, inſtitueruntque, quaſque leges, & conſuetudines vim legum obtinentes habuerunt, ſcire non dedignentur. Quid vero cum iſtis hominibus tantopere pugno, ADAME OTTLEY? cum Te propugnatozem habeam, ne delicatis iſtis *Græcarum, & Latinarum* literarum ſcientia cedentem; quas, neque faſtiditis, neque ſpretis, neque denique vituperatis inique vetuſtis linguis *Aquilonaribus*, aut earum doctõribus, quod ſuum eſt utriſque tribuere ſciens volensque, non neſcis mirari, & laudare. Quamobrem cum Tibi æquo arbitro antiqui illi ſermones, quos *Barbaros* contumelioſè vocant, dulces adeo ſint; magna mihi ſpes eſt, illos à me *Latinis* literis mandatos, explicatoſque dulcedine ſua allecturos eſſe lectores etiam ex iſtis faſtidioſæ gulæ hominibus; quibus non invidia, malave aliqua voluntate, ſed uſu, & falſis opinionibus venit, ut avitis *Arctõi* orbis linguis tam acerbi, & iniqui ſint. Quapropter auctor iis eſſe velim, ut rudes iſtos, ferroſque, quos putant, linguarum iſtarum ſcriptores, vel primoribus, quod aiunt, labris delibare non graventur. Quo impetrato, auſim iis ſpondere, ſe, ut ut *Græcis, Latinisque* literis eruditos, *Arctõas* veteres non amplius contempturos, meve culpatum ire, qui multos annos laboravi, ut opera, ſtudiis, laboribusque meis, & Populares mei, & Exteri literarum ſcientiam facile adipiſcerentur; quas, qui ante nos vixerunt, docere non ſciverunt; quas etiam jam præceptis Grammaticis criticisque traditas *Gothicæ* ſtirpis hominibus tantum non turpe erit ignorare. Quinimò Muſarum *Arctõarum* nomine omnibus eas neſcientibus auſim polliceri ſe literas iſtas non tantum inter diſcendum gratas ſuaveſque percepturos; ſed etiam iis perfectè cognitis, & intellectis, non minus, quam *humaniorum* literarum ſcientia, quas adeò extollunt, vehementer iri delectatos. Id ſane doctõrum multorum exemplis expertus ſum, qui me auctore, ad literarum *Saxonicarum* ſtudium animos adpellentes tam mirificè delectabantur, ut nunquam ab illo avelli potuiſſent. Hi etſi in *Græcis, Latinisque* verſatiſſimi, nullos tamen è ſuis fatiſ eruditos putant, quibus patriæ antiquitates ignotæ ſunt: in illis hoc merito admirantes, quod ſermone, qui ante mille plus minus annos vernaculus patriæ fuit, rebusque graviſſimis, lectuque digniſſimis, quæ in illo ſcriptæ ſuperſunt, non vehementer gaudeant, qui fabellas *Græcas, Latinasque* cum incredibili voluptate legunt; & cur in monumentis *Angliæ* vetuſtis *Saxonice, Dano-Sax. & Normanno-Sax.* cæcutire contenti ſunt, qui in *Græcis, Latinisque* ſcriptoribus Lynceos eſſe totis viribus contendunt. Quocirca ut *Græcarum, Latinarumque* literarum cultoribus, quæ ſummo ſuo ſtudio, ingenioque digna ſunt, *Arctõas* membranas ſuppeditare oſtenderem, de Linguarum veterum *Septentrionalium* uſu, & delectatione plurimis verbis ſcripſi in Epiſtola

stola ad clarissimæ, & suavissimæ memoriæ virum *Barth. Shower*, Equitem Palatinum, & juris *Anglicani* peritissimum; qui ferè neminem è politioris literaturæ, & ingenii hominibus ad eas discendas prius accessurum credebat, quam argumentationibus ei satisfactum foret se in iis studendis, condiscendisque cum voluptate, fructuque operam positurum. Eum etiam in finem *Codd. Vett. Septentrionalium*, præsertim *Saxonicorum* nostrorum Catalogum *historico-criticum*, quæ fieri potuit, perfectissimum, non absque magnis impensis reip. doctorum exhibendum curavi. In illo conficiendo *Humphredi Wanley*, divini ingenii hominis, & illustrandis antiquis literis nati, consilio, manu, opera usus sum. Qui, pro magno suo cum in me, tum in *Archæas* literas amore, id operis in se suscepit; quo non de nobis tantum, sed de doctorum universitate optimè meritus est. Eruditis viris, qui in literaturâ *Septentrionali* hospites cum sint, secus forsàn ac nos, de ejus dignitate sentiant, author esse velim, ut catalogum illum, si non cum diligentia summa, cum aliqua tamen pervolvant. Id facientes de rep. literaria me bene meruisse non inficiabuntur, qui docendis obscuris literis dedi operam, in quibus libros varii generis exaratos in haud exiguo numero superesse cernent, qui lectorum suorum diligentiam cum multarum rerum, quæ maximè simul placent, & profunt, scientia compensabunt.

Præterea ne Popularibus meis in aliquo deesse viderer, quo ad veterum *Archæarum* literarum studium eorum animos accenderem, nonnullos doctissimos viros tum è nostris, tum exteris, alios mihi in subsidium vocavi, alios sua sponte in auxilium nobis venientes libenter, & more officioso, amplexus sum. Inter illos honorifice nominandus ob multijugam eruditionem, speciatim ob literarum *Septentrionalium* scientiam clarus, reverendus admodum præsul D. *Gulielmus Nicolsonus*, nuper Archidiaconus, & nunc Episcopus *Carleolensis*. Qui pluries à nobis in difficultibus, & obscuris, tanquam oraculum planè consultus, semper ad nos responsa lucis plena, quibus omnia explicabat, summa cum humanitate, & sine mora dedit. Ingenio, humanitate & eruditione sua præclarus *Andreas Fountain*, eques auratus, *Numismatibus Saxonis*, suis sumptibus multo accuratius & auctius, quam prius, editis, opus nostrum augere, & ornare voluit. *Gulielmus Elstob*, Collegii Universitatis, apud Oxonienses, Socius, *Ælfredo Rege*, quem fundatorem prædicant, dignissimus, à nobis rogatus *Lupi Episcopi* sermonem *Saxonicum* versione *Latina*, & notis illustravit. *Gulielmus Hopkins* S. Th. Professor, non ita pridem Ecclesiæ Cathedralis *Wigorniensis* Canonicus, & decus maximum, à quo impetravi, ut Commentarium de *Sanctis in Anglia Sepultis* ab incerto quodam auctore *Saxonicè* scriptum, à se in Latinum conversum notis adornaret. Denique *Edm. Gibson* meritis suis maximis in rempublicam literariam notissimus, qui *Leges Saxonicas Æthelberhti. I. Hlotharii & Eadrici RR.* Cantix à *Joh. de Laet*, latine verfas, notisque elucidatas mecum bona sua cum venia publicandas communicavit. Ad illos etiam accedat post nullos mihi cum laude prædicandus *Edwardus Thwaites*, Collegii *Regine* in Academia *Oxonienfi* Socius, cujus tum in me, tum in literas *Septentrionales*, tum denique in librum meum merita cum considerem, vix plane à me impetrare possum, quin exemplum sequar *Petri Francisci Giambullarii*, qui librum suum ^a de linguæ *Florentine* origine scriptum, à *Johannis Baptistæ Gelli*, viri sibi amicitia & studiis conjunctissimi, cognomine, quem in scribendo socium & consiliarium habuit, ^b IL GELLO nuncupari voluit. Perinde quidem & mihi THWAITES II nomine librum nostrum inscribendo, si per modestiam ejus liceret, nobis faciendum esset. Etenim ille cum literarum *Archæarum* scientia, quas cum Græcis & Latinis conjungere non dedignatus est, tum summo ingenio, & honestate vitæ mihi charus, & jucundus, schedas nostras tam imprimendas, quam impressas revisendi, & corrigendi, ut & typographos, chalcographosque quotidie dirigendi, instituentique, quinque annorum cura, & diligentia de codice nostro ita meruit, ut si illum mecum ejusdem auctorem, cujus adjutor maximus fuit, prædicarem, id tantum

^a Origine della lingua Fiorentina, altrimenti IL GELLO di M. Pier. Francesco Giambullari, Accademico Fiorentino. In Firenze Appresso Lorenzo Torrentino M.D.XLIX. ^b Pag. 8. Nelquale, & massi-

me nel Principio hò introdotto a parlare il nostro Giovan Batista Gelli, si, perche egli è molto virtuoso, & tanto amico mio, che dal cognome suo volio chiamare questa opera IL GELLO.

facerem,

facerem, quod sine arrogantia sibi assumere, & jure suo quodammodo vindicare posset. Accedat etiam meus, sive Tuus potius *Gulielmus Bromeus Ewithingtonensis*, vir egregius, dotibus ingenii, & politioris literaturæ, præsertim numismatum antiquorum cognitione clarus: quem in opere nostro mecum socium & confortem fuisse, si non facerem ut omnes scirent, eo sane committerem, ut neque honestus, neque gratus, neque denique vir bonus à quoquam mererer existimari. Is enim, ut operam nostram levaret, chartas plurimas nostras non tantum recensere & describere voluit, quod molestum admodum erat; verum etiam ut colligeret typographicos errores, & quinque Indices conficeret, statim atque rogatus, id *Herculei* operis se facturum libente animo, beneque de me merendi numquam non studio, & verbis officiosis, pro humanissimo suo more promisit.

Apud exteros, qui operi nostro faverunt, memori beneficiorum animo mihi etiam recordandos existimo doctissimos & humanissimos viros *Sueciæ* suæ, & reip. literariæ ornamenta, *Jonam Nicolai Salanum*, in Gymnasio *Arosiensi* Historiæ, & Moralium Philosophiæ prælectorem, & *Johan. Peringskioldum* regionum Archivorum *Stockholmia* custodem. Erga quos, ut quaqua pervenerit liber noster, quam gratissimus esse cognosceret, mihi propterea faciendum puto, quod suorum *Codd. Scano-Gothicorum* notitiam mecum communicantes, Gazas nostras *Saxonicas* & *Dano-Saxonicas* cum suis augere voluerunt. Gazas nostras (inquam) *Saxonicas*, *Dano-Saxonicas*que. Sic enim voco *Codd. Saxonicos* & *Dano-Saxonicos*, & quos complectuntur tractatus, qui, monasteriis *Angliæ* strage maxima à *Danis* primo ambustis & vastatis; dein à *Nort-mannis* misere expilatis; denique ab *Henrico* sui nominis octavo rege, maximo omnium direptore, foedissime spoliatis & everfis; ut de nupero bello civili, in quo magna pars eorum periit, nihil dicam, in *Anglorum* bibliothecis, archivisque dispersi etiam nunc supersunt. Horum Catalogum, quam fieri potuit locupletissimum, magnis sumptibus ideo curavi conficiendum, ut notiores & illustriores forent, quum nostris, qui eos in tam magna copia extare nesciunt; tum exteris, qui tam pretioso Thesauro *Angliam* jam gaudere minimè cognoscunt. E numero autem exterorum, qui tot *Codd. Saxoniorum* & *Dano-Saxoniorum* thesauros in Bibliothecis nostris inveniendos esse ignorant, est *Gallus* ille, auctor proœmii, quod ante *Menagii* Dictionarium Etymologicum linguæ *Gallicæ* ponitur. Hic & in lingua hodierna nostra, & in avita *Saxonica*, *Anglicarum*que originum notitia æque hospes, ita ibi scribit, ac si *Codd. Saxoniorum* ea apud *Anglos* esset penuria, quæ quidem non tantum *Francicorum*, * sed veterum *Gallicorum* apud *Franco-Gallos* est. Verba sunt, "Les monumens de la langue *Saxone*, que l'on a pris de l'histoire du venerable *Bede* & de quelques autres, nous ont donné la clef de cette ancienne langue, dont l'*Anglois*, & l'*Escossois* d'aujourd'hui n'est qu'une corruption. Tout ce qui fâche les Etymologistes *Anglois*, c'est que pour rendre raison du système de leur langue, il faille avoir besoin de la *Francoise*. Pour peu qu'on examine l'air chagrin dont ils en parlent, ils semblent qu'ils ayent honte de leur origine; & il est aisé de penetrer, qu'ils s'en passeroient volontiers, s'ils ne craignoient d'estre bientôt dementis par leur loix, & leur bareau, qui se sentent encore de la venue de *Guillaume* le Conquerant, Duc de *Normandie*, lequel y porta avec les armes *Normandes*, l'art & les termes de la chicane.

Ex quibus quidem verbis constat isthunc scriptorem non modo non habuisse notitiam *Codd. Saxoniorum*, & *Dano-Saxoniorum*, qui nondum in publico apparuerunt; sed eorum etiam nescium esse, qui in publicum, priusquam ille scripserat, diversis temporibus prodierunt. Quod si illos scivisset, prout à censore linguarum librorumque, qui scriptor honestus videri velit, cognoscendi erant; longe aliter scribendum illi esset: nempe origines *Anglicanæ* linguæ accersendas esse ab historia venerabilis *Bede*, quam *Ælfredus* Rex in *Saxonicum* transtulit, plurimisque aliis monumentis *Saxonis*, quorum haud exiguum numerum docti ex *Anglis* in magnum bonarum literarum beneficium, suæque gentis gloriam è tenebris in lucem evo-

* Sed, quod tertio loco adjuvare notat, majoris forsitan videbitur momenti, nempe quo tempore instrumenta publica *Gallico nostro idiomate* primum confici ceperunt. Ego vero nullum inveni antiquius Instrumento *Ludovici VI Francorum R.* pro civibus *Bellovacensibus* anno *M.CXXII*, &c. *Mabillon* de re diplomatica, Cap. I. Sect. XIII. Pag. 60. A.

carunt. Quod verò contumeliosius scribit *Anglis molestum & grave fore sermonis sui origines propterea ostendere, quod à lingua Nortmannica revocandæ sunt*, id non minus falsè & inhonestè, quam ineptè, infulsè, & pueriliter à se dictum sciat. Etenim tantum abest, ut à *Normannicis* originibus linguæ suæ causas exposituri *Angli* abhorreant, ut suarum vocum, quæ *Normannicam* matrem agnoscunt, ab iis, quæ à *Saxonico*, vel *Dano-Saxonico* fonte derivandæ sunt, diligenter semper & curiosè distinguant. Quod me autem spectat, in hoc opere, de dialecto veteri *Normanno-Saxonica*, sive *Gallo-Normannica*, quâ post victoriam *Normannicam Angli* usi sunt, adeo ne quidem vel subinvitus, ut facile, data opera, & sine aliquo tædio, aut ignominia sensu non modo scripsi; sed ejusdem specimina in magno satis numero, cum summa delectatione exhibui. Cur enim *exiguam* suorum etymorum partem *Anglos* à *Normannica*, quam *universa* fere sua à lingua omnium corruptissima *Rustica Romana* Gallos repetere, magis puderet, pigeretve, per *Menagii sui* manes rationem dicat misellus ille, & in sermonem nostrum iniquus præfationis scriptor. *Exiguam* (inquam) suorum Etymorum partem, cum vix quidem decima quæque vox linguæ *Anglicanæ, Gallicæ, Gallo-Normannicæ*ve originis est, quemadmodum *Oratio dominica* apud nos jam vulgo usitata demonstrat:

Our Father which art in heaven, hallowed be thy Name. Thy kingdom come. Thy will be done, in earth, as it is in heaven. Give us this day our dayly bread. And forgive us our trespasses, as we forgive them, that trespass against us. And lead us not into temptation, but deliver us from evill. So be it.

In hac precandi formula tria tantum vocabula *Gallo Normannicæ* sunt originis. Cætera vero ab avita lingua *Anglo-Saxonum* manifestè petenda sunt. Præterea lingua Anglorum hodierna avitæ *Saxonicæ* formam in plerisque orationis partibus etiamnum retinet. Nam quoad *particulas casuales, quorundam casuum terminationes, conjugationes verborum, verbum substantivum, Formam passivæ vocis, pronomina, participia, conjunctiones, & præpositiones omnes*; denique quoad *idiomata, phrasumque* maximam partem, etiam nunc *Saxonicus* est Anglorum sermo, quamvis, *Wilhelmo, Nortmanno* victore jubente, *Leges Gallicè* conditæ, *Causæ Gallicè* actæ, *Gallicusque* sermo in aula, senatu, foroque integer auditus erat. Tantummodo nomina verbaque nonnulla à *Nortmannis* illata in *Saxonicam* irreperunt. Quæ, tantum abest, quod ille affirmat, ut erubescamus agnoscere ea silentio præterire volentes, ut qui de causis, & primordiis linguæ *Anglicanæ* apud nos, sive in Glossariis, sive in Lexicis juris, sive in Etymologicis scripserunt, summa diligentia, non ea solum quæsierint, verum, iis inventis, mirifice delectati fuerint. *Hybrida* quidem lingua *Anglicana* est, ex *Saxonica & Gallo-Normannica* orta. *Hybrida* quoque non minus *Gallica*, in qua *Latino* subtemini tramam *Francicam* intertextam esse, velint, nolint, *Franco-Gallis* agnoscendum est. Porro ut suum dicendi morem satis probrosum in *Gallum* exprobrantem retorqueam, adventum *Francorum* in Galliam, illorumque imperium, *Franco-Gallicam* linguam etiamnum sapere, quisquis illorum linguam vel primis, quod aiunt, labris degustaverit, ex vocibus, phrasibusque ejus facile percepturus est. Id Grammaticæ nostræ *Franco-Theoticæ* multis in locis demonstravimus; verum sine aliquo nostro linguæ *Gallicæ, Gallorumve* convitio, cujus causas procul habeo. Multo minus de lingua *Gallicâ*, quemadmodum hic de *Anglicâ* cum contemptu, vituperio, & malignitate, quid locutus sum. Contrà vero, de *Gallis*, eorumve sermone mentionem ubicunque faciens, quum hunc, tum illos, si non honorificè, saltem absque vituperio & probro appello; semper sentiens civi reip. literariæ, vel Ecclesiasticæ id imprimis curandum & statuendum esse, ne quando quid acerbè, libidinosè, aut injustè scribat dicatve, quo sine justa alterum causa laceßat, aut honorem, & existimationem sive personæ, sive parentum, sive patriæ alicujus lædat, qua honesto viro nihil charius esse potest. Quod maxime etiam observandum iis scriptoribus puto, quibus cum aliis de re aliqua certamen, & controversia est; siquidem

siquidem istis in *repp.* jura belli sunt, quæ violare quidem immanis & vâfani scriptoris est, præsertim quando quis cum altero in certamen veniat honoris tantum & dignitatis. Quale id sane est, quod de linguarum præcellentia, & de gentibus, quæ ingenio maxime præstant, cum aliis nationibus, & præsertim cum *Anglis Galli* jamdudum habuerunt. Denique quod *Gallus* scribit, "*Anglos* ex eo prodere se linguæ suæ originem *Gallo-Normannicam* sibi pudori & opprobrio ducere, quod de sermone *Gallico* verba facere graventur; eumque si per forenses voces phrasæque liceret, matrem esse abnegarent; id plane falsum, & contumeliosum esse *Humphredi Wanleyi* nostri *Catalogus* quoque ostendit; in quo priscos *Codd.* Chartasque, quotquot in Archivis & bibliothecis reperit, tum *Gallicos*, tum *Gallo-Normannicos* omnes, cum *Saxonicis* non invitus conjunxit; ut *Suos*, *Gallosque* perinde habens, utrisque suas origines scire volentibus, quantum posset, æquo animo prodesset.

Hæc, *Doctissime OTTLEY*, contra *Gallum* qui non tantum nobis, sed patrio nostro sermone, tanquam *Sorbierus* alter, convitia fecit, sine convitio tamen mihi scribenda existimavi; ad ea dicenda progrediens, quibus qui præfationes adhibent maxime sunt inducti, ut eas operibus, sive suis, sive alienis posthumis præmittant. Illorum autem tria genera sunt; quorum primum est eorum, quæ ad corrigendos, retractandosve errores, quibus auctor forte lapsus est, adhibenda sunt. Secundum eorum est, quibus additis, auctor defectus & omissiones operis sui supplet. Tertium vero eorum est, quibus secundas suas cogitationes ad primas explanandas in re aliqua obscura expromit; vel quibus in re aliqua incerta, quæ scripserat, aliorum argumentis, & auctoritate firmat, aut convellit; vel denique quibus, quæ ab aliis auctoribus contraria scribuntur, redarguit, & refutat. Adde quod auctoribus usu venit, ea etiam præfari, aut quibus lectores doceant quemadmodum maximo cum fructu libros suos legant; aut quibus apud illos quæ minus pure proprieve, vel minus aptè vel minus clare & distinctè à se dicta putant, excusent; aut denique quibus faciant, ut literarum fautores, & patroni cognoscantur; qui eas ad exantlandos suos labores penè jacentes excitaverint.

Ut ordiar igitur ab iis, quibus forte lapsus sum. Primum, quod erroris suspicione mihi venit emendandum, est nexus ille, sive nota compendiaria T & H, nempe H . In quo non ipse, sed alii me allucinatam putant, quod in *Gramm. Anglo-Saxonica* p. 2. Ψ , *Mæso-Gothorum* T H E T A ab eo natum esse judico. In eo numero sunt, qui Ψ *Mæso-Gothicum* à *Scano-Gothico* p circumducta rotunda linea, factum esse contendunt; quamvis sunt qui hoc ab illo potius formatum arbitrantur. Alii ab altero compendio T & H nempe H curva parte in sinistram hoc modo circumducta H , Ψ accersendum judicant. Alii à T. I. & Asperationis *Græcæ* sursum spectantis compendio Φ , perpendiculari linea notam asperationis transsecante, Ψ factum credunt, sive nescientes, sive forte non recordantes asperationis *Græcam* notulam, *Uphila* florente, nondum esse inventam. Verum *Edwardus Thwaitesius* noster, cujus auctoritas apud me plurimum valet, Ψ *Mæso-Gothorum*, Δ geminum compendio scriptum esse existimat, propterea quod in declinatione nominum quæ in recto desinunt in Ψ , id in obliquis vertunt in Δ : ut $\text{VIT}\Psi\text{ VIT}\Psi\text{AIS}$. $\text{ΛINH}\Psi\text{ ΛINH}\Psi\text{AIS}$. sententiam suam aliis id genus exemplis sollerter confirmat. Sic enim \times *Græcorum* à K , per scribendi compendium X factum, natum esse conjectat. Sic à ππ compendiosè scripto ππ , ϕ ortum ducit. Ex eo probabilior hæc conjectura videatur, quod inter monumenta *Augustæ Vindelicorum* à *Marco Velfero* edita, *APPIUS* in antiquo lapide hoc modo scribitur $\text{A}\Phi\text{IUS}$. Sic ψ , $\text{τ}\delta\text{π}$ & rotundi *Cyru* compendium *Elegantia* & *Brevitatis* causa factum censet. Sic etiam ∞ seu ω ab $\circ\circ$, & Ω ab O vel O gemini *Omicri* nexu formatum putat. ubi literarum jugum usu & consuetudine longa exclusit literas, quarum vices pedes $\text{τ}\delta\text{π}$ supplent. Ita quoque à cc *Latinorum* hoc modo positus cc , dein à compendiosè scribentibus per terga conjunctis, *Latinum* x natum arbitrat. Itidem à zz hoc modo positus z duplex z conflatum existimat. Denique, quod sententiam ejus maxime confirmat, \square antiquam notam $\Delta\Delta$ in O vel O postea versam, à \square hoc est, à Δv connexis creatum esse censet. *Græcum* H quoque ab duobus EE , quæ sic scribi solebant H , inde HH . Hæc ille pro excellenti suo ingenio in literis ad me datis, quæ non potui non cum eruditis, & curiosis viris, qui causas rerum scire amant, propterea communicare, quod vero multò magis similia sunt, quam quæ de *Græcarum* literarum originatione à se sapienter & scienter dicta putat

Job. Petrus Ericus in libro suo *Patavii* edito An. MDCLXXXVI. Cui epigraphe, *Renatum è mysterio principium philologicum*. Verum enim vero, *doctissime OTTLEY*, tametsi hæc acute omnia dicta sunt, verique speciem præ se magnam ferant, facit tamen, ut etiamnum putem ψ à H petendum esse istius Elementi figura, quæ in * *Argentei Codicis* specimine, quod sub notula numerali (I) subjectæ Tabellæ exhibuimus, multo propius ad H accedit, quam quæ *typis Junianis* exprimitur. Quam diversis autem modis, vel quot factis variationibus à H , ψ ductum censeam, quæ sub ejusdem Tab. nota (II) sculpta aspicias, ostendunt. Varias etiam notas, quibus *Thorn*, seu *Theta Anglo-Saxonum* in vetustis nostris MSS. descriptum cernitur, sub Tab. nota numerali (III) aspiciendas subjeci, ne ψ à H tot interjectis diversæ formæ notis nasci improbabile Tibi videretur. Idcirco etiam varios nexus, quibus *ET Latinorum*, tam in quadrata, quam in rotunda manu describere solebant antiqui scriptores, sub nota (IV) exhibendos curavi, ut iis spectatis ψ à H si mecum non oriri, saltem posse esse ortum existimares.

Quod *Gramm. Anglo-Sax.* Cap. XXII. R. XVIII. de (f) illiusque cum (t) nexu diximus; nempe & (f) & (ft) è *Gallia* in *Angliam* inducta fuisse; id quidem de iis in elegantissima hæc forma descriptis intelligendum est. in rudiori vero forma exarata, nonnunquam, sed rarius, spectantur in vetustioribus *Codd.* qui ante scripti erant, quam *Ælfredus R. Gallica* manu delectatus scribendi rationem apud suos innovaverat. De hoc monendos esse lectores duxi, ne aut ipse errasse viderer, aut, me auctore, alii errarent.

In eodem cap. *Hominem* in antiquo opere *Ælfredi R.* delineatum, aut *Jes. Christi*, aut pontificis *Romani* imaginem esse, tum ex summa oris gravitate, tum ex binis sceptris potestatis, tam in cælis, quam in terris datæ symbolis, mihi persuasum esse dixi. Verum ex quo tempore in MS. codice Evangeliorum *Decani & Cap. Licetfeldensis*, qui liber *S. Ceaddæ* dicitur, Sanctum *LUCAM* eadem specie, eodemque fere ritu delineatum viderim, hominem istum, nutante animo, pene adductus sum, ut crederem, esse *S. Cuthbertum* Episcopum, *Ælfredi R.* Patronum, qui, à Domino missus, ejusdem noctis una eademque hora & illi, & matri, dum dormirent, apparuisse, & læta nuntiasse traditur. Statim, inquam, atque conspexeram *D. Lucam*, ea specie, eoque fere ritu in vetusto illo Codice descriptum, adductus fere eram, ut censerem etiam hominem in *Ælfredi* pretioso opere delineatum potius esse *S. Cuthbertum* Episcopum, sanctitate morum & miraculis apud *Anglos* clarum, cum gravi, tristisque & ovata figuræ vultu delineatum, ad communem speciem moremque, quo antiqui sanctos exhibebant; ut *Icon S. Luca* atque alia nummuli antiqui quæ sub nota Tabellæ (V) ponuntur, cum illa, quæ exhibetur in Fig. I. pag. 142. *Gramm. Anglo-Sax.* collatæ facile ostendent.

In eodem etiam cap. nescio quo casu lapsus, à Chartâ *WILHELMI* Conquestoris, sub reg. XIII. exhibitâ, regisque monogrammate munitâ, sigillum magnum pendere dixi. Qui immanis quidem error est. In Charta quoque ipsa, typographi latâ culpâ, *gehunpæpæ* pro *gelimpæpæ*, (*Saxonicè* *gelimpæp*) & *æmej* pro *æniej* vel *æniej*. (*Saxonicè* *æniej*, *æniej*) mendosè imprimuntur.

Quinetiam in eodem Cap. scilicet in margine p. 146. *ANGLO-SAXONES* pro *WEST-SAXONES*, vel *WISI-SAXONES* bis forte impressum est. Quemadmodum & in linea, quæ à fundo paginæ 219 quinta est, *POST* pro *ANTE* à nobis alio forte convertentibus animum scriptum excudi quoque contigit.

Grammaticæ Franco-Theotiscæ p. 17. l. II. Lectorem candidum, ut emendatricem manum adhibens *E* in *A* convertat, oro. Quæ ejusdem *Grammaticæ* pagina 44, paginæque linea 39, de vocis *HUERGIN*, vel *HUERGEN* derivatione diximus, mihi retractanda videntur. Etenim non à *Mæso-Gothicis* *ΘΑΡΓΑ* & *ΛΙΝΣ*, id pronominis accersendum jam puto; sed à *Scano-Gothico* *huorge. nuspiam*, (quod à *huerg*, *neuter*) & *ein* vel *en unus*. Unde *huergen*, quasi *huorge-en*, *huorgen*, à *Franconibus*, me iudice, dictum est.

* Specimen hoc *Argentei Codicis* celeberrimi per totum Literarum orbem, *O. Rudbeckii* manu accuratissime descriptum, *Humfredo Wanleyo* dedit *Ericus Benzelius*, Archiepiscopi Upsaliensis filius. a Antiquum hoc, & pretiosissimum quum ob artem tum ob vetustatem opus possidet vir Amplissimus *Nathaniel*

Palmer Armiger in *Com. Somersetensi* militiæ civili præfectus. Quem populus illius *Com.* qui vices suas gereret in *Domo* vel *Senatu Communium* pluries procuratorem uno consensu elegerunt. b Vid *Hist. Ingulphi Oxoniæ* Editam, p. 26. & *Will. Malmsburiensem* de *Gestis R. R.* Ang. fol. 23. b.

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

In margi
fuisse apud
ceres legib
lucinatam
Cantuarum
10. sic scri
Nec mone
in Carta ju
dis ac har
sua Cantuar
latum hunc
qua in manu
tanta ac tal
rebat supra
pbe, pphra
negligentiam
atventum ter
nas cereas m
de Capite Cap
tes. Ista pa
stern Sancti
Capite alpe
acre, quod
sufficiens
evidentiam h
in eadem car
stern sunt re
Eph. 19.
Scripta ter
atur.

Verum e
quod nullu
genuina v
lunt, quae
immerito
matas, qu
tant, null
gum offic
ments mo
tiz privile
multis, si
starent.

In marg
Sicut qui
censo: Se
MORGEN
erat, rpa
non potest
vel ad com
foran ad
Unde qu
nuptiarum
propter m
transfunde
MORGE

In margine pag. quintæ DISSERT. EPISTOLARIS, contendo morem nondum fuisse apud *Anglo-Saxones*, *Canuto* regnante, chartas literasve sigillis pensilibus, five cereis sigillorum impressionibus munire. Sunt autem qui secus sentientes, me alucinatum credunt, freti testimonio ms. Codicis foundationis monasterii *S. Augustini Cantuariensis*, in Bibliotheca *Aulæ S. Trinitatis Cantabr.* depositi. In cujus foliis 9. & 10. sic scribitur.

Nec moveat aliquem, quod nec Rex Ethelbertus, nec etiam alii Reges de Gente illa in Cartis suis prout mos inolevit modernis temporibus sigilla cerea imprimebant: cum tam rudis ac barbarus Populus ad Christi fidem à perfidia conversus, signum Crucis in testimonium suæ Conversionis omnibus suffecisse credebat. Non enim usque post Conquestum à tempore foundationis hujus monasterii, excepta Carta Regis Knuti, qui fuit alienigena, & Conquestor, aliqua in munimentis reperimus Sigilla Cereæ; sed solummodo Crucis signa. Nec mirum cum tanta ac talis possessio, tantique ac tales Testes in principio renascentis Ecclesiæ Anglicanæ, velut nostræ salutis primitivum ac publicum Instrumentum, fracto Dampnationis chirographo, posteris Catholicis sufficere potuerint: ubi sigillum cereum per lapsum temporis aut per negligentiam perdi, aut propter antiquitatem sive corruptionem in pulverem possit labi. Post adventum vero Normannorum in Angliam, tam Reges, quam alii Domini & magnates laminas cereas membranis apponebant Cartarum, Crucis signum in laminis cereis imprimentes: de Capillis Capitem vel Barbarum in eadem cera aliquam portionem pro signo posteris relinquentes. Ista patent in multis monasteriis post conquestum Regni istius fundatis, ut est in monasterio Sancti Pancratii de Lewes de Carta Willelmi primi Comitis Warenniæ, in quâ crines Capitis usque in præsens ejusdem Comitis permanent. Similiter in Monasterio de Castella-acre, quod est ejusdem foundationis in Diocesi Norwicensi; Comes Lincoln. qui pluribus possessionibus eandem Ecclesiam dotavit, hæc in fine intulit Cartæ suæ. In hujus (inquit) rei evidentiam sigillum dentibus meis impressi Teste Muriele Uxore mea, ubi usque in præsens in eadem cera apparent dentium vestigia pro sigillo. His etiam similia in pluribus aliis monasteriis sunt reperta. Dicitur enim per diminutionem à signo sigillum. Quod secundum ysidor. ^a Eth. 19. c. 12. à Prometheo, qui primus annulorum fuit inventor, originem habuit. Scripta vero signis non sigillis notantur, ut inferius de descriptione signorum dicitur.

Verum quo minus Codicis hujus testimonio à sententia mea dimovear id obstat, quod nullius ferme auctoritatis codex est: utpote in quo multa suspecta, falsa, & à genuina vetustate abhorrentia traduntur, quæ nullam fidem merentur. Id genus sunt, quæ notavit *Hen. Spelmannus*, Concil. Vol. 1. p. 124, 125. Id genus igitur haud immerito quis suspicari potest Chartas istas *R. Knuti* sigillis cereis dictas esse confirmatas, quod omnium illius chartarum, quæ in magno satis numero etiam nunc extant, nulla est, quæ aut sigillum cereum habet, aut se habuisse olim per aliquod signum ostendit. Quamobrem non dubito, quin chartæ istæ *Cnuti R.* quæ in munimentis monasterii Sancti *Augustini Cant.* olim extabant, Chartæ essent commentitiæ privilegiorum, libertatum, & exemptionum, quæ cum istius furfuris aliis multis, si jam nunc superessent, plurimis indiciis fictæ esse aut corruptæ esse constarent.

In margine paginæ 22. verba *se gegilba se ne sejece morgen-spæce*, sic transtulimus: *Socius qui exequiis ejus, vel concioni funebri non interfuerit.* Jam vero sic vertendum censeo: *Socius qui postridie diei, quo in sepulchro conditur, sodalitiis concilio non interfuerit.* *MORGEN* enim, ut me *Thwaitesius* meus pro summo candore suo monuit, significat *cras*, *πρωι*, *mane crastinæ diei*, vel *ineuntem posterum diem.* Unde *MORGEN-SPECE* non potest, quin significet *sodalium concilium*, quod postridie sepulturæ defuncti Socii, vel ad comprecandum pro anima illius, vel ad concionem funebrem habendam, vel forsan ad novum socium in illius locum cooptandum pro more convenire solebat. Unde quoque *MORGEN-GIFE* non potest denotare *donationem* aliquam, quam die nuptiarum, sed quam postridie nuptiarum, vel postera à nuptiis die sponsæ sponsus propter nuptias dabat: quemadmodum *Courtinus*, auctor versionis *Gallicæ*, in quam transfunditur liber *H. Grotii* de jure belli & pacis, in indice, sub voce *MARIAGE MORGENGABIQUE. MARIAGE MORGENGABIQUE, est celui où tout l'avan-*

^a Lege, *Etymol.* verba citata reperiat Lector in libro *Orig. XIX, xxxii.*

tage de la femme consiste en un present que son mary lui fait le lendemain des nopces, comme pour le prix de sa Virginité. Morgen en Allemand c'est l'endemain, gab c'est present, & c'est une espece de ce que nous appellons Douaire. Et même en Allemagne dans la plus part des Pais on appelle le Douaire MORGENGAB. A l'égard de ce mariage ^a morgengabique, ce present ainsi fait le lendemain de la consommation du mariage consiste en une designation d'une certaine portion de biens, que la femme & les futurs enfans de ce mariage peuvent prendre après la mort du mary (cette portion par la loy des Lombards ne pouvoit monter plus haut, que la quatrième partie des biens du mary) & moyenant ce present la femme & ces futurs enfans sont exclus de toute autre pretention dans l'heredité du mary. Ces sortes de mariages se pratiquent d'ordinaire en Allemagne, par des gens qui ont été déjà mariez & qui ont des enfans du premier liét à qui ils veulent conserver leur succession, & par des gens de qualité qui épousent des femmes d'une condition inferieure. On appelle cela parmy le vulgaire épouser de la main gauche, ce qu'ils font pour ne pas frustrer des biens, droits & honeurs de leur maison, leurs enfans s'ils en ont d'un mariage precedent, ou leurs heritiers. Quelques-uns appellent aussi ce mariage morgantique le derivant de morgen & de gnade qui signifie grace, que l'on fait pareillement le lendemain, mais ce n'est que la même chose.

Præterea sunt, qui vehementer negant id verum esse, quod tradidi Dissert. Epistolæ p. 109, 110. de nummis argenteis, seu Peningis Anglo-Saxonum in semisses, & quadrantes à mercaturam facientibus scindi, aut rumpi solitis: non quod illos facile bipartiri, aut quadripartiri potuisse inficiuntur; sed quod illorum talia fragmenta in abacis nummariis nondum à se visa clamant. Verum doctos istos, ut per candorem suum dicant, rogatos velim, an non ingenii subpervicacis, & nimium suspiciosi est, quæ ipsi non viderint, posse esse pernegare; vel, quod perinde ab æquo alienum est, Probitate & doctrina cl. viris de rebus illis, quæ se vidisse dicunt, nullam fidem adhibere? An reges, quorum ipsi nummos non viderint, idcirco monetam percussisse pernegabunt; idoneisve testibus fidem omnem abrogabunt, qui codices, quos forte ipsos videre non contigit, se pervolvisse affirmant? Hæc ut apud se candide & ingenuè cogitent, velim. Siquidem testem locupletissimum habeo in superioribus laudatum *Andream Fontaine* Equitem auratum, antiquitatis nummariæ scientissimum; qui partes, seu frustra, in quæ denarios *Anglo-Saxonum* à nundinantibus partitos esse credebat, se vidisse fidem mihi dedit.

Præterea, OTTLEYE, Tuus meusque *Bromeus*, revisâ dissertatione nostrâ epistolari, præter errores, quos in indice suo notavit; & aliorum me monuit haud quidem multorum; sed quos, majoris momenti quum sint, ut in præfamine ponerem, quum illius summa cura ac diligentia, tum mei muneris ratio requirit.

Ex horum numero est *is ille*, quod dissert. epist. p. 38. l. 7. redundat. huic adde habuisse, pro non habuisse, p. 42. l. 6. Sed quam pro sed aliquanto quam, p. 66. l. 1. Decimviratus pro duodecimviratus, alibi semel. *ἑφεστῆνοδε* pro *ἑφεστῆνοδε*, p. 62. l. 5. DCCCLXXX. pro DCLXXX. p. 79. l. 46. Dicere pro discere, p. 88. l. 44. Ista etiam, quæ leguntur in versione legis 59. p. 91. nempe, *si sit intra vestes, similibus scattis xxx emendetur*, sic corrige, *si sit intra vestes, unaquæque plaga xx scattis emendetur*. In versione legis 75. p. 92. pro *is compenset patrociniū violatū*, substitue duplici emendatione *compensetur violatū patrociniū*. Legem 10. p. 93. sic restitue, *ἕξ man mannan on opper flette manypapa hatep*. Sic verte: *si quis aliquem in alterius domo perjurum vocet*. Ista p. 97. l. 23. *Si mulier illa, de qua ante liberos non peperit*, sic emenda, *si mulier illa liberos non peperit*. P. 116. col. 2. l. 46. lege *Mildredæ*. Denique pro istis: *Regis simplum Weregildum est vi mille Tainorum Weregildum est in Myrcenorum laga*, quæ mendosa lectio est ms. *Cottoniani*, quem citavi, pag. 110. l. 34. 35. deletis mille & est, sic emenda, *Regis simplum Weregildum est vi Tainorum Weregildum in Myrcenorum laga*. Etenim sic ut emendetur locus, jubent quæ immediate sequuntur, *hoc est, xxx millia Sceata i.e. totaliter cxx libra*. Adde huc DCLXIX quod p. 80. l. 22. forte imprimatur pro DCLXVIII. & DCCCXII pro DCCCXIV.

^a Morgengabique apud veteres Scanos, Islandosque vocabatur *Lynste*, i. e. *Concubitus præmium*, quod imminutæ ponsæ sponsus dare solebat. *Pad kvold gicet hann ad buðkaupe með Brynhilde*, en ad morgne, er hann stod upp, Pa gast han Brynhilde ad Lyn-

fic *gullbaug*, eadem vespera nuptias cum *Brynhilde* celebrat, mane autem surgens *Brynhilde*, Muneris nuptialis nomine, annulum aureum dedit. Vide *Eddæ* Islandorum Mythologiam LXXIII. Vide etiam Mythologiam LXXIV.

eiusdem p. l. 23. Quibus accedat in lin. penult. p. 79. DCLXIX, quod Typographi culpa forte contigit excudi pro DCLXXIX.

Insuper, OTTLEYE, scire te velim, quod carminum *Anglo-Sax.* & *Dano-Sax.* structuram attinet, me paulum de illa mutasse sententiam. Quæ enim, Grammaticæ *Anglo-Sax.* Cap. XXIII scribens, *Pindaricis* versibus fimillima putabam, jam ad *Anacreonticorum* dulciores numeros propius accedere iudico.

Haecenus enumerandis majorum gentium erroribus operam dedi, quibus aut ego me, aut Tu potius librarios meos, typhotetamve lapsum esse censeas; & quod errores, quos meos esse putas, attinet, oratum non Te solum velim, sed lectores omnes, qui Tuo candore ad librum nostrum legendum accedent, rogo & obtestor, quemadmodum *Aristarchus Homeri* versus, quos non probavit, esse negabat; sic vos id omne, quod non vero recte consentaneum in *Codd.* nostris reperitis, ne putaretis meum. Etenim non *auctoris* errores sunt, qui errores, quantum in se erat vitare curavit; sed *antiquarii*, cujus via tenebricosa & lubrica; sed *hominis*, cujus est errare, labi, falli, etiam si nil nisi verum rectumque, quo nihil pulchrius & amabilius, semper scribere totis viribus contendat. Quamobrem omnibus, quibus à me ut antiquario vel homine erratum est, quo, ut alii errarent, forte commisi, qua auctor iis abrenuncio; Deum hominesque testans me non consilio, sed casu; non scienter, aut ex arrogantia, sed ignoranter nihil non scripsisse, in quo allucinatus lectorem forte in errores ducam. Quinetiam ne aut ipse forte deciperer, aut alios errore aliquo præeuns deciperem, summam curam, & studium adhibui; adeo ut quamvis ab erroribus non sum liber, à culpa tamen immunis sum. Æquo igitur animo errores, quotquot in scriptis nostris inveneris, non modo ut excuses; operamque des, ut alii illos Tuo exemplo mihi humaniter condonent, rogo: verum etiam, ut vobis indicantibus lapsus meos cognoscam; & Te, & illos posco flagitoque. Etenim cum animo corrigendi, emendandi, retrahendi, nihil non scripsi; lectoribus non solum concedens; sed ab iis petens, ut in lapsus meos animadvertentes, eos libere castigent universos; modo humaniter id faciant, meræque veritatis causa, erranti, licet non erroribus, meo exemplo parcentes; qui (absque invidia dictum velim) in aliis redarguendis non cavi modo ne quod offenderet, dicerem; verum etiam curavi, ut, illa dicendo quæ ad illorum laudes haud injuste dici possent, mihi gratiam & benevolentiam conciliarem.

Errorum, quibus lapsus cunque sum, *doctissime* OTTLEYE, humanæ imbecillitatis excusatione probrum apud Te deprecatus; ad ea addenda pergo, quibus aut operis nostri defectus suppleri; aut quibus, tanquam novo accedente lumine, quæ obscure, dubie in eo traduntur, illustrari possunt.

Primo igitur quatuor illas figuras *Saxonice* THETA nondum versatis ms. codicibus, mihi prorsus ignotas, & in impressis non antehac expressas, gaudeo me sub tabellæ notula numerali (III) exhibuisse; quod earum notitiam tyronibus æque gratam fore, ac mihi fuit jucunda earum inventio, haud sine causa existimem. Ex quo etiam caput primum *Gramm. Anglo-Saxonicae* de literis & literarum *regg.* Typographo imprimendum dedi, dum in Bibliotheca *Bodleyana* *Codd. Saxonicos* perscrutarer, inveni pervetustum librum ms. cujus nota, NE. D. 2. 19. in quo quidem libro nonnullæ lectiones è veteris testamenti LXXII. interpretum versione *Græca*, cum *Latina* translatione ex adverso in alterâ columnâ scripta, *Saxonice* literis describuntur: è quibus à curioso lectore nonnulla observari possunt, quæ literarum *Saxonicarum*, si non omnium, saltem quarundam ostendunt potestatem; quam qui ante nos scripserunt, quasi intactam præterierunt. In hujus libri lectionibus *Græcis* per elementa *Saxonica* expressis (æ) diphthongus *Græcorum* fere nunquam non exprimitur per (u) simplicem: ut in τῦ, ὑπανον, θευ, ἵυ. τῦ, ἕργον, οἰς, σῦ. (u) fere semper exprimitur per (i) ut in τῖν ἡν, τῖν ἡν. τῖν ἡν, τῖν ἡν. Ferè semper inquam, quia exprimitur aliquando per (e) ut in lectione *Isaie* prophetæ, p. 32. ἐπὶ τῆς γῆς, τῆς γῆς. Diphthongus (au) fere nunquam non describitur per (e) simplicem: ut in conjunctione ce, καὶ, dicey, δικαιοι, &c. Est tamen ubi per (æ) & (ae) redditur: ut in lectione *Isaie* prophetæ, p. 33. b. ce, cae, καὶ. & in εἴταε, ἐστὶ. p. 30. b. κ, καππα,

a Vide Tabell. Grammaticæ Anglo-Saxonicae pag. 168.

semper per (c) exprimitur; unde constat (k) decimum elementum in Alphabeto recentiori *Anglo-Saxonum* esse adventitium, & supervacaneum. Diphthongus (ei) per (i) simplicem etiam exprimitur, ut in ecine, ἐκείνη, ipen, εἶπεν. ecti, ἐκεί. ij, eis; quæ occurrunt in subjectis lectionibus. verum quamvis (i) simplex usurpatur ad exprimendum longam (η) & diphthongum (ei), passim tamen adhibetur in exprimendo *ἰώτα* brevi in *Ἰτα*, quod semper scribitur *Saxonicis* literis epi. peri, *πει*, &c. Diphthongus (oi) etiam sapissime exprimitur per (y) *Saxonicum*, ut in *εἰρήνην, ἐπιήνην. y, oi. *τιμῆς* *θηλοῖς*. *αἰῶν*, *αἰῶν*, &c. Usurpatur tamen ad exprimendum (u) ut in *ῥιον*, *ῥιῶν*. in *οἷμα*, *ῥυζα*. *θηγατερον*, *θυγατερον*. (φ) semper per (f) exprimitur. Supra dixi (s) ferè nunquam non exprimi per (u) quia nonnunquam exprimitur per (o) ut in *pepubalomecha*, *περβαλόμεθα*. nonnunquam etiam per (oi) ut in *boile*, *βυλῆ*. (ku) bis exprimitur more *Latino* per (qui) in lectione *Isaia* Prophetæ, p. 33. b. in *quior*, *κίριος*; *quimon*, *κίριον*. Scribitur etiam *κίριος*, in lectione ejusdem prophetæ, p. 32. b. cum *καππα* *Græcorum*. More, inquam, *Latino* scribitur per (qu) nam (q) & (qu) reapse *Latinorum* sunt, qui scripsere *cocus* & *coquus*; *cottidie* & *quotidie*, &c. Quos ergo *Anglo-Saxones* imitantes scripsere *qual-γτος*, *stragis locus*; *qualu*, pl. *internecio*; *quean*, *vacca sterilis*; *queartern*, *carcer*; *quebol*, *dica*; *quena*, *femina*, *uxor*; *quic-beam*, *fraxinus*; *quice*, *gramen*; *quiba*, *matrix*; *quihun*, *questus*; *quilmere*, *pestilentia*; pro *εपाल-γτος*, *εपालu*, vel *εपालu*, *επαρτερν*, &c.

Hæc breviter: Ex quibus liquet (u) vocalem longam *Anglo-Saxonum* prolata fuisse, ut hodie apud *Germanos*; scilicet prout (u) vel (u) *Græcorum*. (i) vocali longæ idem valor erat, ac (η) *Græcorum*. (e) longæ eadem potestas, ac (αι) *Græcorum*, vel (æ) *Latinorum*. τῆ (c) eadem plane potestas, quæ τῆ (k) fuit. (i) longæ, quæ (ei) (f) eundem valorem cum *Latinorum* (f) ac *Græcorum* (φ) obtinebat. (o) longum & crassum, ob affinem cum (u) longo sonum, idem fere valuisse ac s, vel *cu* *Græcorum* constat; quemadmodum apud nos in *rood*, *crux*; *stod*, *stabam*; *mood*, *cujusque mores*, *animus*, *genius*, *ingenium*, & id genus aliis, cum duplici (oo) vel (o) longo scriptis. quæ proferuntur *rad*, *stod*, *mud*: quibus addè *root* *radix*, quem pronuntiamus plane ut *rout*. Quod (y) attinet, triplex videtur apud *Anglo-Saxones* habuisse ministerium. Nam primo vicem *ἰ* *Græcorum*, vel (u) tenuis sustinebat: ut in *γyc*, *Islandice viif*, ut in *οἷμα*. Secundo duplex (ij) combinatum exprimebat: ut in *γyc*, *Islandice viif*, *vicus*; unde ob soni affinitatem ad exprimendum (ai) *Græcorum* sumptum esse videtur. Tertio, (i) brevis valorem habuit: ut constat ex *κίριος*, quod scribitur pro *κίριος*. Cui quidem, ex eo quod æquipollet *quior*, si quis contendat *επα*, *επε*, *επι*, *επο*, *επύ*, pro quibus *Latino* ritu scribebant, *qua*, *que*, *qui*, *quo*, *quy*, *Anglo-Saxonibus* sonuisse *ka*, *ke*, *ki*, *ko*, *ký*, non vehementer adversabor. Certe à *επι*, vel *quiba*, *Angli Boreales* dicunt *kite*. *επο*, *dixit*, multi jam efferunt *coth*, *koth*: & à *εpellan*, *occidere*, fit *Anglicum kill*. His adde quæ in *Libb. Vett. Septentrionalium* Catalogo descripsit *H. Wanley*, Cod. ms. Cott. qui inscribitur *Domitian. A. xviii*.

Hæc, Cl. OTTLEYE, de elementorum *Saxonicorum* valore, quibus Tu, cui Deus non magnum tantum ingenium, sed otium literarium dedit, alia rectius addere poteris, ex subjectis lectionibus, quæ cum haud paucis aliis vetusti Codicis, tam in *Græcis* majusculis, quam in *Saxonicis* minusculis exaratis, doctis viris, præsertim LXXII interpretum versionis critice studiosis, aliis usibus esse possunt.

[Ex ms. Cod. Bibl. Bodl. cujus nota NE. 2. 19. p. 34. b. Genes. xxii.]

Lectio γενεσεος

[1.] O theu epirayen ton habpacham ce ipen ppor auton habpacham habpacham ce ipen iou ego [2.] ce ipen labeto yon ju ton azapeton on ezapejay ton iyac ce popeutheci iy ten zen yprelen ce pproyenencon auton eci iy olocappoyin iy ena oroy on iy ipo [3.] anaytay de habpacam to pprohi-----

[Ex eodem Codice ms. Psalm. XLII.]

Reyponoyonum psalmi δ δ

[1.] On tponon epipochie elayoy epi tay pegay ton ybaton utoy epipochi a ppyche mu ppor theuy

[2.] ebipryen e ppyche mu ppor ton theon ton zonta pote ixo cae opthejome tu pporoy tu theu [3.] egenethe my ta bacrya mu artoy emeray cae nyctoy

[Ex eodem Cod. ms. p. 30. b. Genes. i.]

[26.] Phyyomen anthropon cat icona ce cath omooyon imetepan ce anchetto ton ictyion tij talajay ce ton petinon tu upanu ce ton etimon ce payjer tij gy ce panton ton heppetton ton heppontton epi tij gy ce egeneto utoy [27.] ce ephyryen o theoy ton anthropon cat icona theu epyryen auton apen ce thily epyoeyen autoy [28.] ce eulogyen autuy legon auxaneythe ce plithyneythe ce plipoyate tin

* Quod etiam scribitur ephyryen, & ephyoeyen.

gin

gin ce catacypneurate autij ce apchete ton ictyon
 tij thalassij ce ton petimon tu upanu ce ton pan-
 ton ctinon tij sij ce panton ton epetton ton ep-
 ponton epi tij sij [29.] ce ipen o theof ibu edo-
 ca ymn panta chorton ipomonij (lege ipomimon)
 ipion iperma o estin epano passij tij sij ce pan-
 xulon o echi en eauto cappon ipermator ipomiu
 ymn estae ij bpojin [30.] ce passij tyj thijij
 tij sij ce passij tyj petinij tu upanu ce panti eppe-
 to eponti epi tij sij o echi en eauto pnom zoiy ce
 panta chorton clopon ij bpojin ce egeneto utof
 [31.] ce yden o theof ta panta oia ephijyen ce ibu
 cala han ce egeneto hejpera ce egeneto pphoi hime-
 pa ecti

[Ex eodem Codice ms. p. 33, b. *Isaia LV.*]
 lectio Isaiæ prophetæ

[1.] Y diprontej popeuejthe ej ydon ce oij men
 uc ecethe argypon babijantej agopajete ce pietē
 aneu argypon ca timij ynon ce rceap [2.] mati ti-
 mathe argypon ke ton mython ymon uch 1 plij-
 moni acurate mu cae fagejthe ta agatha ce tpyfij
 en agathij 1 ptychi ymon [3.] ppojechete tyj ojin
 ymon ce epacolutijate tej oby mu accurate mu
 cae zijte en agathij 1 ptychi ymon cae chathijome
 ymn diathicin eonion ta oia dauib ta pija [4.] ibu
 martijon auton dedoca ethnejin apconta ce ppo-
 jrajonta ethnejin [5.] ethni a u etidjan je epicale-

jonte je ce y laj y uc epjtanto je epi je catajeu-
 xonte enecen tu theu agiu ipahel oti edoxajen je.

[Ex eodem Cod. ms. pag. 32, b. *Isaia IV.*]
 lectio Isaiæ prophetæ

[1.] Ce epilempjonte epta gynecē enoj anthro-
 pu leguje ton apion emon jagometha ce ta imatia
 emon pepibalometha plen to onoma ju ceclite ef-
 emaj afele ton ontijmon emon [2.] te de emepa
 ecine empilampji o theuj en boile meta doxēj epi
 tej sej tu yproje ce doxaje to catalipthen tu ij-
 pahel [3.] ce ejte to ypolipthen en jion ce to cata-
 lipthen en hipujalem agij clethejonte pantej y en-
 graphentej ij zoen en hipujalem [4.] oti ecluni
 kipioj ton pupon ton jion ce thijgatejen jion ce to
 aema eccathari ec mejjo auton en pneumatij epjeoj
 ce en pneumatij caujeoj [5.] ce exi ce ejte apaj to-
 poj tu opuj jion ce panta ta pepi cyclo autej jcia-
 ji nejele emepaj cae oj capnu ce jotoj ptyoj ceo-
 menu nyctoj pajē te doxe jceparthejete [6.] ce
 ejte ij jcian apo caumator en jcepe ce en apocnyjo
 apo jcelepotetoj ce yetu [*Isaia v. 1.*] Ajo de to
 agapameno ajma to agapeto to ampeloni mu Am-
 peloj egeneto to ecapemeno en cepati en topo pionj
 [2.] ce jragmon pepiethca cae echapacoja ce ephij-
 teuja ompelon jonec ce ocobomeja ptyjon en mejo
 autu ce ppolenion oijxa en auto ce emina tu pyere
 jrajylen epjeren de acantaj

Præterea librariorum Saxonicos in scribendis, describendisve *Codd.* virgulam ['] ad
 designandas vocales longas usurpasse, dum caput istud contexerem, aut plane nescie-
 bam, aut non observaveram. Verum in ceterioris antiquitatis membranis notula ista
 acutitona, syllabarum distinguendarum gratiâ, à grammaticis introducta non raro
 occurrit: ut in *gôð*, bonus; *gepéra*, aliter *gepeosa*, *præpositus*, á & áá, *semper*.

Anglo-Saxones, Danis Dominis, discendis *Runicis* operam dedisse, iisque in scribendo
 cum suis literis studiose usos fuisse in *Gramm. Anglo-Saxonica* cap. xxii. non inidoneis
 argumentis probavimus. Ex quo vero caput istud conscripsi, in *ms. Cod. Cott.* qui
DOMIT. A. xviii. inscribitur, inveni *Saxonicam* crucis epigraphen, nempe, *Rýnar*
Dpithnef, mysteria domini, literis *Runicis* descriptam. Quam in *H. Wanleyi* Catalogo
libb. Vett. Septentrionalium exhibitam videre est. *Annulum* etiam *aureum* me vidisse
 contigit, in cujus exteriori perimetro cernitur inscriptio *Saxonica*, in qua elementis
Saxonicis Runæ immixtæ exarantur eo modo, quo in *Tab.* nota [VI] exhibentur. An-
 nulum hunc jam possidet multis mihi nominibus colendus *Hans Sloan*, M. D. Soc.
 Reg. Secretarius, hujus ævi *Plinius*; non solum Hippocraticæ artis, in qua excel-
 lit; sed rerum naturalium, & præsertim rei herbariæ Scientia per totum literarum
 orbem illustris. Inscripção autem *Saxonicis* literis expressa, sic, me iudice, legenda est:

ÆÐREDMEĀHEANREDMEĀAGROFT

Sic autem in voces distinguenda:

ÆÐRED MEĀ HEANRED MEE^a AGROFT.

Aethredus conjux Heanrædæ me cælavit. i. e.
cælari jussit.

Dum exscriberem quod in *Gramm. Anglo-Sax.* pagg. 181, 182, legitur epinicion, quo
Saxones Angliæ *Aethelstani* sui R. & *Edmundi* Clitonis^b victoriam canebant, quam ab
Anlaso pagano, & *Constantino* Scotorum R. reportaverant, non in mentem mihi ve-

^a Lectionem hanc confirmant quæ in testamento *Wynstedæ*, sequuntur: and hio becrið Æþelflæde
 hýpe ðehteþ hýpe agnafenan beah, & Æþelflæde
filie suæ annulum (five armillam) suum cælatum le-
gavit. ^b Vide *Ingulphi Hist. Croyland.* Edit. Oxon.
 pag. 37.

d

nit

nit antiqua illa ejus latina versio, auctore *Henrico Huntindoniensi*, hist. lib.V. pagg. 203, 204, qui *Saxonicos* versus verbum fere verbo reddidisse se affirmat.

Rex Adelstan,
Decus ducum,
Nobilibus torquium dator,
Et * frater ejus Edmundus [* al. filius]
Longa stirpis serie splendentem,
Percusserunt in bello,
Acie gladii,
Apud *Brunesburh*,
Scutorum muros fiderunt.
^a Nobiles ceciderunt,
^b Domesticæ reliquæ
Defuncti Edwardi.
Sic namque iis ingenitum fuerat
^c A genibus cognationum,
Ut bellis frequentibus ^d ab infestis
Nationibus ^e defendere [* 1. ut defenderent]
Patriæ thesauros, & domos,
^e Pecunias, & xenia
Gens vero ^f Hibernensium,
Et ^g puppium habitatores
Fatales corruerunt.
^h Colles resonuerunt,
Sudaverunt armati.
Ex quo sol mane prodiit
ⁱ Micans hilariter,
Lætificans profunda,
Dei luminare, fax creatoris,
Usque quo idem nobilis ductor
Occasum se occulit.
^k Ibi viri jacuerunt,
Multi à Dacia oriundi
Telis perforati,
Sub scutis lanceati,
Simul & Scotti bello fatigati.
^l Gens vero Westfexe
Tota simul die prius electi,
Post indefessi,
Invisæ gentis
Globos straverunt.

Viri elegantes hastas cedebant.
^m Viri Mercenses acuta jacula mittebant
Duro manus ludo.
ⁿ Sanitas ibi nulla his, qui cum *Anlavo*
Trans maris campos
In ligni gremio
Terram petierunt
Marte morituri.
^o Quinque occubuerunt in loco belli
Reges ^p juvenis [* lege juvenes]
Gladiis percussi;
Ducesque septem Regis Anlavi.
Absque numero ceciderunt Scoti.
Deperitque Normannorum tumor.
Nec enim paucos ad litem belli
Duxerant secum. cum paucis vero
In maris fluctus Rex navi profectus
Intrinfecus gemebat.
Simul & *Froda*, ductor Normannus,
Cumque suis notis dux Constantinus,
De Martis congressu jactare nequierunt,
Ubi cognationis suæ fragmen apparuit,
Ubi amici sui corruerant
In statione Populi
Bello prostrati,
Et filium suum in loco prælii
Vulneribus demolitum charum reliquit.
Nec *Gude* Dacus declamare potuit,
Licet verbis blandus, & mente venustus.
^p Nec *Anlaf* ipse cum reliquiis suis
Mentiri potuit, quod ad hoc negotium
Sui præstiterint in campo belli,
Ictuum immanitate,
Telorum transforatione,
In concilio proborum.
Matres vero, & nurus planxerunt
Suos belli alea
Cum Edwardi filiis luisse. [labefactus
Cum Normanni navibus clavatis, & Anlaf
Ultra

^a Sax. heaholmbe, alta vexilla. ^b Sax. arapan comites, affecla. ^c Id est, à majoribus. ^d Sax. ʒly laðpa, contra invisos, i. e. latrones. ^e Sax. hettenb cpungun. Invidiam exterorum. ^f Sax. Sceotta, Scotorum. ^g Sax. Scipplotan, navium classis. ^h Sax. feld, campi. ⁱ Sax. Mæpe tungol, magnum sidus. vel princeps sidus. Integram vero pericopen sic redde: Ex quo sol princeps sidus, Dei Æterni Domini Candela clara, hilaris super Horizontem oritur, donec nobilis illa creatura sedem repetebat. ^k Sic autem, qui sequuntur, V. versus emendandi sunt: ibi è Septentrionalibus hominibus multi milites telis perforati; & transfixis scutis, vulnerati jacuerunt; quemadmodum & Scotti execrandum belli incrementum. ^l Sic verte: West-Saxonum selecta Copia profecta ad prælium instabant vestigiis invisarum gentium, à tergo valde cadentes fugientem exercitum acutis & cruentatis gladiis. ^m Redde, Mercii non metuebant à duro manus ludo. i. e. à prælio. ⁿ Tum Salus nullis, qui cum Anlavo per mare mixtum in navis gremio terram petierunt prælio morituri. ^o Quinque occubuerunt in loco prælii juve-

nes Reges gladiis interempti; quemadmodum & septem duces Anlavi, cum innumero exercitu navali & Scotorum, ibique fugatus est Nortmannorum dominus; et ad proram navis compulsus est parvus jam factus exercitus. Sonabat navis fluctu et Rex egressus in mare flavum, virus evasit. Sic etiam sapiens ille Septentrionalis Constantinus dux veteranus ipse suorum reliquiis fuga ad suos reversus, qui castris prostratus, et bello superatus, filium suum vulneribus attritum in stragis loco reliquit, frustra comites suos plorabat, frustra amicos perditos lugebat. ^p Nec magis Anlafus dux flavicomus, cædis bipennis, in bello juvenis, (tyro,) senex ingenio, cum suis reliquiis merito gloriari, aut jactare potuit se superiores in prælio fuisse, aut dum contra Edwardi comites telis missis certarent victores abiisse ex certaminis loco, ubi duces sunt congressi, et signa signis adversa, armaque vicissim capta sunt. Tum pudore suffusi inde discesserunt in clavatis navibus mastæ qui fuerant in resono Abi [Humbri] Æstuario telorum reliquiæ, aquilonares viri ad petendam trans profundum Dublinensem urbem, suamque terram. ambo etiam fratres rex clitoque

Ultra profundum flumen
Terras suas mæsto animo repetissent.
Postea frater uterque
Rediit WESTSEXÆ belli reliquias
Post se deferentes,
Carnes virorum in escam paratas.
Ergo corvus niger ore cornutus,
Et buffo livens, aquila cum milvo,

Canis, Lupusque mixtus colore,
His sunt delitiis diu recreati. non fuit bel-
Hac in tellure majus patratum [lum
Nec cædes tanta præcessit istam,
Postquam huc venerunt trans mare latum
Saxones & Angli, Brittones pulsuri,
Clari Martis fabri
Walenses vicerunt, reges fugaverunt.

Hæc HENR. HUNT. qui de versione sua sic loquitur. "De cujus prælii magnitudine
"Anglici scriptores, quasi carminis modo proloquentes, & extraneis tam verbis, quam fi-
"guris usi, translatione fida donandi sunt, ut pene de verbo in verbum eorum interpre-
"tantes Eloquium, ex gravitate verborum gravitatem actuum & animorum gentis il-
"lius condiscamus.

De extraneis illis verbis, figurisque quibus poetas Saxonicos usos esse dicit, egi-
mus: de illis in Gramm. Anglo-Sax. cap. XXI. de his in cap. XXIII. Quorum vero
cum ille neque sensum, neque vim, neque verum usum rite intellexit, versionem
ejus emendatam in margine quasi novam feci, ut ex ea, lector Philo-Saxo, tanquam
ex prælibamento quodam, Anglo-Saxonice poësis ingenium persentisceret.

In condendo hoc opere, ita scribere imprimis curavi, ut è popularibus meis lecto-
res, quotquot id diligenter legerint, patrii sermonis originem, & ad Henrici II. us-
que tempora progressum, & quas in progressu subiit mutationes, scirent. Ob eam
præcipue causam non modo institutiones grammaticas Mæso-Gothicas cum Anglo-Saxo-
nicis una serie contexuimus; verum tam in Dissertatione Epistolari, quam in Gramm.
Anglo-Saxonica, specimina haud pauca Dano-Saxonica, & Normanno-Saxonica, sive
Anglo-Normannica dialecti edenda diligenter etiam curavimus. Quapropter etiam
ne Viris doctis, qui de origine, & progressu linguæ Anglicanae, pro dignitate ejus, in
posterum forte sive Latine, sive Anglice scripturi sint, desim, aut deesse videar;
alia id genus exempla hic adjicienda censeo. Horum primum locum non immerito
vendicat apographum chartæ literarum patentium Wilhelmi Conquestoris, quibus certa
quædam jura & privilegia dedit Monasterio S. Augustini Cantuar. Quod cum antiqua
earum literarum versione Latina ad me descriptum è folio 64. supra citati Cod. MS.
Aulæ Trin. misit vir doctif. Tho. Baker Coll. D. Johan. apud Cantab. Soc. dignissimus.

Charta Wilhelmi Regis Conquestoris de Saca 7 Socna.

Willm King 7 pet mine biscopes. 7 mina eoplej.
7 ealle mine þegna 7 frencisce 7 englice on þan scýpan
þer sc us Augustinus hefd land mine freondlice. 7 ic
cýðe eop þ ic habbe ge-unnan Gode and scē Augu-
stine. 7 þam hipeðe þe þerto hýpeð. þ heo bien
heope face þeopðe. 7 heopa socna. 7 7pðbryce. 7
hamlocna. 7 forstalles 7 infangenes þeofes. 7 stemene-
fermðe ofep heopa agene men binnan burgh and
butan. tolles and teames. on sþande 7 on sþeame.
7 ofep sþa fele þegna sþa ic heom to ge-leten habbe.
7 ic nelle þat anig man anig þing þeop on-teo butan
heom. 7 hepe ricnepes þe hþo hit beo-tecen pillan.
for þam þe ic hebbe for-7ifen gode. 7 scē Augyrtine
þas gepihte minne sþyle to alyfðesse. ealsþa Eað-
pold king min meþ ær efde. 7 ic nelle gepafian þæt
ænig man þis abþecan be minan frendscipe. God eop
gehælð. amen.

Ego Wilhelmus rex saluto omnes meos epos & co-
mites, & omnes meos optimates francigenas & angli-
cos, in illis comitatibus ubi Sanctus Augustinus ter-
ram habet Notum vobis esse volo me annuisse San-
cto Augustino suæque congregationi, ut habeant suum
Sake & Sockne, & pacis fracturam & pugnam in do-
mo factam, & viæ assaltus & fures in terra sua captos,
& latronum susceptionem super suos proprios homines
intra civitatem, & extra * ----- in litoribus & in ma-
rinis fluctibus, quod Anglice dicitur teames & super
omnes allodiarios suos. Et ego nolo consentire, ut ali-
quis de aliqua re se intromittat exceptis semetipsis, &
suis præpositis, quibus ipsi commiserunt, vel commit-
tere voluerunt. Concedo enim istas reftitudines Deo
& S. Augustino, meæ animæ ad redemptionem, sicut
Edwardus meus consanguineus, & sui antecessores re-
ges fecerunt. Et ego nolo consentire, ut aliquis istud
frangat, qui de mea amicitia curet. Valet.

Huic succedat altera haud dissimilis ejusdem Wilhelmi I. R. charta, cujus copiam
mihi fecit vir clarissimus Thomas Smithus S. T. P. bibliothecæ Cottonianæ curator,

elitoque vel victoriam deplorantes, West-Saxonum ter-
ram patriam suam una repetebant, post se relinquentes
cornicem carnivoram, liventem bufonem cædis avidam,
nigrumque cornei oris corvum et raucum illum bufonem,
aquilamque cum voraci milvo præliorum affecta, glauca-
que fera illa, sylvestri lupo cum alba cæsurum esca sa-
turandos. Nunquam antebac, quam commemorant

veterum historicorum libri, major in hac insula strages,
pluresve gladio prostrati, ex quo Angli et Saxones fe-
roces belli auctores huc ab oriente proficiscentes, Bri-
tanniamque per salum latum petentes, Britanos honore
præstantes superabant, terræque possessionem adepti sunt.
* Implenda videtur lacuna cum verbis, et tbe-
neum.

quo nihil non clausum patefaciente, ad diplomatum omnium notitiam perveni, quæ Saxonice, Dano-Saxonice, vel Normanno-Saxonice scripta in thesauro illo mss. vere inæstimabili, & jam publici juris facta, æternitati consecrantur.

Willm King gnet Gofpæges Scipgepæran 7 ealle þa Buph-papu binnan Lundene fpeonolice 7 ic beode eop þ 7e on Lanfpancey lande Apecebyceopey þe gebýpað into Hergan ne niman ne Heort. ne Hunban. ne Hpan, ne 7e natey hpon 7æpinne ænig ðing huntian butan ðam he 7ylf bebyc oððe leoƿe togyfð.

Willelmus rex Goisfredo Vicecomiti, & ceteris Londoniensibus fidelibus suis salutem Mando & præcipio vobis ne in terris Lanfranci Archiepiscopi, quæ ad Hergam suum manerium pertinent, cervos vel cervas nec capreolos capiatis, nec omnino aliquam venationem in eis faciatis, præter eos quibus ipse præceperit, vel licentiam dederit.

Ad chartas patris, accedat alia filii R. Henrici Primi; quam etiam è membrana bibliothecæ Cott. descripsimus.

H. dei gratia rex Anglorum episcopus, &c. ----- H. þuph Gobeƿ 7iuu Ænglelanðeƿ Kynng 7net ealle mine Biscopes. 7ealle mine Eoples. 7ealle mine Scipgepæuan. 7ealle mine ðegenas. Fpæncisce 7 Ængliscce on ðam Scipan þe Anjelm Æpceþ 7 7e hipeð æt Xp 7e 7urcean on Cantƿapebeƿng habbað land mine fpeonolice. 7 ic kyðe eop þ ic hæbbe heom 7eunnon þ hi beon ælc þape lande 7urðe þe hi Eabƿop-ter kyngeƿ ðæge. mineƿ mægeƿ. 7 on 7illelmeƿ kingeƿ ðæge mineƿ fæðer. 7 Sac 7 Socne. on 7ƿrande 7 on 7ƿream. Gneð-bpæceƿ. 7 hamƿocne. 7ortelleƿ ep hiƿ eagine man binnan þurƿan 7 butan. 7ƿa 7ul 7ƿa 7opð 7ƿa mine agene picneƿa þe hit bettecan 7illað. ne Fpæncisce ne Ængliscce. 7ic nelle þ ænig man ænig ðine þap 7o butan minne Saple to ecepe alyƿeðneƿe. eal-7ƿa Eabƿopð Kynng 7 min fæðer æƿ hæƿðon. 7 ic nelle 7eðafian þ ænig man þƿ 7eƿeþe be minan 7ullan fpeonolice. God eop 7ehealde.

Chartis RR. Wilhelmi I, & Henrici I, adjiciatur non ab similibus alia pronepotis illius, hujus vero nepotis, Henrici II. quam infra exhibeo, accurate descriptam è membrana, & regio sigillo munitam: cujus copiam mihi fecit ob summum pariter candorem, ac eruditionem notissimus Georgius Harbin, illustrissimo D^{no}. D^{no}. THOMÆ THYNNE Vicecom. de WEYMOUTH, Mæcenati Anglicano, à Sacris.

H. þuph Gobeƿ 7efu ænglelanðeƿ king 7net ealle mine biſceopas. 7ealle mine eoplas. 7ealle mine ſcipgepæuan. 7ealle mine þeinaf Fpæncisce 7 Ængliscce on þan ſcipan þe teobalt epceþ. 7e 7e hipeð æt Xp 7e 7urcean on Cantƿapabpƿng habbað land mine fpeonolice. 7 ic kepe eop þ ic hebbe heom 7eunnen þ hi beon ælc þ 7e lande 7urþa þe hi eaſþon en Eðƿarðeƿ kingeƿ ðæge. 7 on 7illelmeƿ kingeƿ mineƿ fupþur ealbefaðer. 7 on Henricceƿ kingeƿ mineƿ ealbefaðer. 7 ſaca 7 ſocne on 7ƿrande 7 on 7ƿream. on þutan 7 on ſelban. tolleƿ 7 theameƿ. 7urhþpicheƿ. 7 hamfocne. 7 ſopſtalleƿ. 7 infangenef thiafeƿ. 7 fýmene fýmþa. ofeƿ heope agene men. binnan þurƿan 7 butan. 7ƿa 7ul 7 ſua 7opð 7ƿa mine agene picneƿe hit ſechan ſolþen. 7 ofeƿ ſua ſele þeinaf 7ƿa ich heom to leten habban. And ic nelle þ eni man enig þing þeƿon theo. butan hi 7 heapa picneƿe þe hi hit bi-techan 7illað. ne Fpæncisce ne Ængliscce ſop þan þing þe ich hæbbe cpifte þaƿ 7epichtan ſopƿifan minne ſaule to eche aliſenoneſſe. 7 ic nelle 7eþauian þ enig man þƿ abpece bi minan fpeancipan. God 7eau 7ehealde.

H. Rex Angl. 7 dux Norm. 7 Aquit. 7 Com Anð. Epiſ. Com. Baj. Iuſtic. Vic. Cetiſq; ſuis fidelibꝫ. þanc. et Ang. 7 omibꝫ. Comitabꝫ. 7 qꝫ þ 7eob. Archiepſ 7 monach ecclæ xp̄i 7 þaf habent amicableſ ſa 7. Not uob. facio me conſeſſiſſe teob. Archiepſ 7 monach Cantuar. Om ſ 7 þaf qꝫ tempop Reg. Eðƿarð 7 Reƿ. Will pꝛoau mei et Reƿ. H. au mei hū ep̄. 7 ſaca 7 ſocne. on 7ƿrande 7 7ƿream. on þude 7 ſelbe. 7olneƿ 7 theameƿ 7 7urhþpiceƿ 7 hamfocne. 7 ſopſtalleƿ. 7 infangenef thiofeƿ. 7 ſtemeneſþrþa ſupen ſuof ho 7eƿ iſþa þurƿof et extra in tanto et ta plenre ſic pꝛopꝛu minſtr mei atqꝫepe debent, et etiã ſupen tot thanof qꝫ eiſ conſeſſit Rex Wills pꝛoauul meuf. Et nolo ut aliqꝫ ho ium ſe intꝛomittat n' ipſi 7 minſtr eorum qꝫ ipſi Co mitte uoluerunt. nec þanc. nec Angl. pꝛoprepa qꝫ ego conſeſſi xp̄o 7 ecclæ Cantuar. 7 archiepſ 7 monach ſuiſ hal lib tateƿ 7 conſuetudineƿ pꝛo pedemptione aie meæ 7 pꝛo animabꝫ antecelſorum meorum. Et nolo pati ut aliqꝫ eal inſpꝛat ſi non uult peþþeþe amicitiam meam. teſt. Ph ep̄o Bajoc. & Arnulfo Ep̄iſcupo Lexoviendi, & Thoma Cancellario, & Reginaldo Comite Cornubiendi, & Ran. Comite. Legr: & H. de Effex Conſtabulario, apud Eboracum.

Ad hæc accedant, quæ Anglo-Normannice carminis magici formulæ Semi-Saxonice præmittuntur manu Normannica exarata in membrana Ecclesiæ Dunelmensis.

Ure drihtin kam fra the flum Iurban mette he ſante Peter in the burch a Habraham. Coth ure drihtin uuat if te Peter. Wi biginneſ thu ſa. Lauerd coth Peter I ſale nebe, for ic if the triſt me driueſ. that uurthe the to bothe coth ure drihtin. ant alle ða manne that thiſe uuorþe for nebe cœtheſ. Hæc dicat. [bue frebri] citans, zarizaro. zebita. pori. poro. ſinai. manai. albus vel niger &c.

Les plaies qui deu priſt
qui lunois li fiſt.
Seit tumas les mania.
deu meime les charma.
qui plai ne deuille.
ne Ranche ne ceuille.
ne ſane new iſſe.
nu face il ici
de ceſt voſtre chaitif. N.
& Poſt dic Pater. N.

† Id eſt, Theobaldus. a Id eſt, Hebron. b Omnis Febri-. c Seint Tomæ. In

In Gramm. nostris literas *Gothicas*, five *veteres Runas*, quibus utebantur antiqui *Scano-Gothi*, in diversis alphabetis descriptas exhibuimus. His ut adjicerem antiqua prisco-
rum *Hunnorum* 34 elementa, quibus ad sinistram in scribendo more orientalium ute-
bantur, docti nonnulli me rogarunt. Illa igitur ante XXV annos *Joh. Harfanyi*,
Hungari, manu delineata sub tab. nota num. (VII) exhibenda rogantibus morem ge-
rentes curavimus. Quod si, OTTLEYE, scalpta ea Tibi quoquo modo delectationi,
seu etiam adjumento esse poterint, de beneficio illo non mihi, sed operis nostri fautori
singulari, *Johan. Millio*, Aulæ S. *Edmundi* apud *Oxonenses* Principali, literarum divina-
rum humanarumque scientia præclaro, cui ea accepta gratus refero, à Te agenda
gratiæ sunt.

In Gramm. *Anglo-Sax.* pag. 152. XXIII. dixi multas voces Gallo-Normannicas in
Ælfrici Gramm. *Latino-Saxonica*, quam ms. apud me habeo, inter lineas manu *Norman-*
nica esse scriptas. Id genus sunt uelpe, *vitrum*. mauuies *degener*. hostel af brebez, *ovile*.
reddeuable, *obnoxius*. aliance, *pignus*. usurie, *foenus*. ic luyrge, io aim. þu luyast, tu ames, &c.
amor, ic eom zelufob, io sui amet, &c. *utinam amer*, ceo auenge que io sei amet. ic cýrre, io beif.
ic ablige, io æsuamif. ic tæhte, io enseigne. *doceor*, io sui enseme. ic fede, io nurif. *serpo*, ic rampif.
cum innumeris aliis. Causam autem hujusmodi interlineationum cognoscere mihi
contigit ex versione, quam fecit *Joh. Trevisa*, *Ranulphi Higdeni* Polychronici. lib. 1.
cap. 59. *de incolarum linguis*, cujus ex ms. bibliothecæ collegii S. *Joannis* sua manu de-
scriptæ copiam mihi fecit supra merito laudatus *Thomas Baker*, istius florentissimi
collegii Socius. Et ad fidem illius apographi, dignam omnino quæ ederetur judicavi,
quum quod Sermonis *Anglicani* primum ex *Anglico* in *Normannicum*, dein ex *Nor-*
mannico in *Anglicum* mutati causas exponat; tum maxime, quod illius egregium spe-
cimen sit, prout Anno M.CCC.LXXXV. majores nostri eo loquentes utebantur.

As it is knowe how meny maner Peple beeth in this Lond. There beeth al-
so many dyvers longages and tonges. Þotheles *Walsche* men and *Scotts*
that beeth nought medled with other nations, holdeth wel nyh hir firste longage
and speche; but þif the *Scottes* that were sometime confederat, and woned with
the *Pictes* drawe some what after þir speche; but the *Flemynge*, that woneth
in the weste side of *Wales*, habeth left her strange speche and speketh *Saxonliche*
now. Also *Englishe* men, they had from the bygyunyng thre maner speche, *Þorth-*
erne, *Solwtherne* and *Widdel* speche in the middel of the *Londe*, as they come of
thre maner Peple of *Germania*. Þotheles by comyrction and mellynge first with
Danes, and afterward with *Þormans*, in meny the contrary *Langage* is apayred,
and som useth strong wlafterynge chiterynge hartynge and gartinge grisbayting.
this apayrynge of the burthe of the tunge is bycause of tweie thinges, *oon is
for children in scole agens the usage and maner of all other nations beeth compel-
led for to lebe hire owne *Langage*, and for to construe hir lessons, and here thynges
in *Frenche*, and so they habeth lethe *Þormans* come first into *Engelond*. Also gen-
tilmen children beeth taught to speke *Frensche* from the tyme that they beeth
rokked in here cradel, and kunneth speke and play with a childe broche, and up-
londische men wil likne hym self to gentilmen and fondeth with gret besynesse
for to speke *Frensche* for to be told of. [12 *Trevisa*. This maner was moche used
to for first 13 deth, and is lithe sum 14 del changed. For *John Cornwalle* a maister
of grammer changed the 15 lore in grammer scole, and construction of *Frenche* into
Englische; and *Richard Þencriche* lerned the manere techynge of hym as other

1 Latine, ut patet ad sensum. 2 Lat. impermixti.
3 Sax. gij. 4 Infra here, i.e. thett. Sax. heopa, ho-
pa. 5 Lat. mebled autem & mellynge, ab antiquo
Danico mebal, quod medium est, & secundario mixtum.
Significat etiam inter, quod in medio duorum est.
unde i mille, vel i millum in codd. vetustis, inter. i. e.
in medio. Hinc antiquum Anglo-Normannicum no-
strum to meble, miscere; & mellynge, quasi mebl-
ynge, mixtio. Hinc etiamnum to meble, alienis ne-
gotiis se intermiscere. Et ardelio curiosus apud nos di-
citur a medling fellow, quippe qui omnium negotiis se
intermiscet. 6 Lat. corrupta, à Sax. pæpan, apæpan,
pervertere. 7 Lat. boatus, & garritus. HARTINGE au-
tem quasi hardinge, dure, aspere, & ferociter loqui.
Garrynge, à veteri Danico vel Norm. garrungur, scur-

ra, morio. GRISBAYTING, Sax. gijstbitung,
stridor dentium, stridula voce loqui. 8 Lat. Hec qui-
dem nativæ linguæ corruptio. * Sic Ingulphus in hi-
storia Croylandensis cenobii, Edita Oxon. pag. 71.
10 Sax. cunnan, connan, scire. Childesbroche, nunc a
hobbyhorse. Sax. cils, infans, puer, & broce, caballus.
11 Lat. Rurales homines, uplandishmen. Sax. upland,
terra montosa, regio mediterranea; & uplandishman,
ejusmodi regionis incola. † Sax. ranbian, tentare, dare
operam. 12 Quod hic intra uncus conclusum vides,
deest totum in polychronico à *Thoma Gale*, Oxoniae
edito, in libro quem inscripsit *Historie Britannia scri-*
ptores xv. 13 Deth, ni fallor significat tempus, & de-
rivandum est à Sax. tith, teth, deth. 14 Dæl.
Sax. pars. 15 Læpe, doctrina, à læpan, docere, erudire.

men of Bencriche. So that now the yere of our Lorde a thousand thre hundred and foure score and fyve, and of the seconde kyng Richard after the Conquest nyne, and alle the Gramere scoles of Engelond children lereþ frensche, and construeth, and lerneth an Englishe, and habeth thereby advantage in oon side, and disavantage in another side. Here advantage is that they lerneth her Gramer in lasse tyme, than children were woned to doo: Disavantage is that now children of Gramer scole cometh na more frensche than can hir list hele, and that is harme for hem, and they schulle passe the se and travaille in strange landes, and in many other places. Also Gentilmen habith now moche left for to teche here children frenche.] R. Hit semeth a greet wonder how Englishe men and her owne langage and tonge is so dyverse of soun in this oon ilond, and the langage of Porthmandie is comlynge of another lande and hath oon maner soun amonge alle men that speketh hit arigt in Engelond. [Trevisa. Pebertheles there is as many diverse maner frensche in the reime of France as is dyvers maner Englishe in the reime of Engelond.] R. Also of the foresaide Saxon tonge that is deled athre, and is abide scarceliche with fewe uplonddishe men is greet wonder. For men of the Est with men of the West is as it were undir the same partie of hevene acordeth more in sounynge of speche than men of the Porth with men of the South. Therefore it is that Percii, that beth men of myddel Engelond as it were parteners of the endes, understondeth bettre the side langages Portherne and Southerne, than Portherne and Southerne understondeth either other. WA. de Pont. li. 3. All the langage of the Porthumbers and specialliche at Porth, is so scharp, slitting, and frotynge and unshape that we Southerne men may that langage unnethe understonde. I trow that that is bycause that they beth nyh to strange men and nations, that speketh strongliche, and also bycause that the Kinges of Engelond woneth alwey fer from that cuntrey, for they beth more torned to the South contray, and yif they goeth to the Porth contray they gooth with greet helpe and strengthe. The cause why they beth more in the Southe cuntrey than in the Porth, for it may be better corne londe more peple, more noble citæes, and more profitable habenes.

Trevisa's whole Booke concludes thus, God be thonked of al his nedes this translation is ended in a thorsday the eygenthe day of abril, the yere of our Lord a thousand thre hondred four score, and sevene. The tenthe yere of King Richard the second after the Conquest of Engelonde. The yere of my lordes age Sire Thomas of Berkley that made me make thys translation fyve and thrytty.

In *Anglo-Saxonica* Gramm. Cap. XXIII. multa diximus de præpostera vocum apud *Anglo-Saxones* in stricta oratione dispositione, metri & numerorum causa, quæ non solum à collocatione verborum in simplici sermone numeris carente; sed in oratorio, qui suos numeros habet, maxime aliena est. Poëtica hæc verborum transpositio ab ordine naturali maxime abhorrens se etiam ostendit æque in versibus veterum poetarum, qui *Scano-Goth.* cecinerunt, ut exemplis, quæ sequuntur, videre est.

3	2	1	4	5	10
* Sua fræ ek hitt at hova					
11	16	18	17		
horgbriotur i stad morgum					
8	7	6	9	13	
opt kom hrafn Pars heiptum					
12	14	15			
hloþ val-kostu bloþi					

20	22	23	24
Endur let Jamta kindir			
21	28	29	27
Allvaldur i stir falla			
32	30	25	26
Vandist hann oc Vinda			
31	34	35	33
Diggrimmur a Pat summa.			

Communis ordo vocum in soluta oratione.

Et fræ sua hitt, at hrafn kom opt, Pars hova horgbriotur hloþ heiptum valkostu bloþi, i morgum stad: Endur allvaldur let Jamta kindir oc Vinda falla i styr, hann Diggrimmur vandist summa a Pat.

1 *Him Sax. illis.* 2 *Lat. adventitia.* Comlynge autem à Sax. *Cuma* vel *Cumling*, *hospes*, *advena*, à *cuman*, *venire*. † Et hoc omne unciis inclusum desideratur in editione *Th. Gale*. 3 *Sax. dæled. divisus, partitus*, à *dælan*, *partire*, *dividere*, *distribuere*, unde in usu chartarum *to deal*, chartas distribuere. 4 *Lat. in*

paucis agrestibus. vide not. II. in priori pag. 5 *Lat. tota lingua Northumbrorum maxime in Eboraco ita stridet incondita.* 6 *Fremitus à Normannico*, vel *Scano-Gothico* *frata fremere*. * *Historiæ Olai Triggæ filii editæ Upsalæ 1691. p. 267, 268.*

V E R S I O L A T I N A.

“Percepi quoque bestias carnivoras una cum rapacibus volucris in eum locum se congregasse, ubi Ethnicismi templorum & idolorum Ethnicorum destructor cruentos cadaverum acer-
 vos multis in locis zelotypus congefferat. Celeberrimus ille rex, & Iantas, & Vandalos bello
 superavit. Idem Ethnicorum fanis infensissimus in prima juventute id curavit faciendum.

7	9	12	11	21	27	25
* Onnar for oc einum				Pæter hunlagar hreina		
14	2	10		23	22	24
Unn-viggis kongur sunnan				Hasði Jarl ofkrasða		
3	4	1	5	6	18	19
Suerþ rauþ matur at morði				Satt geck seggia attar		
8	13	15		20	26	28
Meiði siotyio skeipa:				Sundar konunga fundar.		

Ordo vocum in soluta oratione.

Matur kongur (sa er) suerþ rauþ at morði onnar meiði for sunnan einum oc siotyio unn-viggis skeipa; seggia attar satt geck sundar Pæter Jarl hasði ofkrasða hreina konunga hunlagar fundar.

1 “Rex egregius, qui rubefecit gladios sanguine cælorum, è meridie profectus est navibus actuariis
 “LXXI. Tum humanæ stirpis concordia rumpebatur, cum 2 Comes à 3 regibus puris impe-
 “traffet, ut navali proelio congrederentur.

Grammaticam *Franco-Theotiscam* cum orfus essem, nihil in *Libb.* vetustis, sive *Francice*, sive *Francica* aliqua manu *Latine* scriptis, ex quo, quæ literarum *Francicarum* potestas, sciri posset, profus inveneram. Verum, OTTLEYE, ex eo tempore, quo exordium istius operis, in quo de elementis *Francicis* tractatur, typothetæ dedi imprimendum, ms. *Latinum* Bibliothecæ publicæ *Cantabr.* *Francica* manu exaratum, & nonnullis in locis *Francicis* verbis interlineatum versavi, in quo *Oratio dominica*, *Doxologia*, *Symbolumque Constantinopolitanum*, vulgo *Nicenum* dictum, literis *Latino-Francicis* describuntur, quemadmodum infra impressa cernuntur.

Oratio Dominica.

* P Atir imon oen tis uranis agiafrito to onoma su elitheto
 uassilia su. genithito to thelma su ofen uarno ke epitaf
 gif. ton arton ton epulsion dos imin simeron. ke afel
 iminta ofelimata imon of ke imif afiomentis ofiletel
 imon. ke mi imaf if pirafmon. Alla rise imai apotu
 poniru. A O—C I N:

Doxologia, sive hymnus Angelicus.

D Oxa enipistif theo. ke epif gif yrim enantropif eubochia
 enumense eulogumense prof kinumense doxologumense
 eucharif tu mensi diatin megalinsu doxan. kyrrie basileu
 epuranie the epatir panto crator kyrrie ye monogeni
 isu xpe. ke agion pneuma. kyrrie otheof o amnos tutheu
 oiof tu patrof. O erantif amartian tu cosmu eleison
 imaf. O erantif amartian tu cosmu prof dexetin deisni
 mon. O catimenof en dexian tu patrof eleison imaf. Otif
 simonof agiof. si monof kirriof. si monof ipistof. yfol
 cristof. sin agiof pneumatin. if doxan theu patrof amin.

* In notarum cap. LXII. p. 87. per dictum *Olaum Triggæ fil.* 1 *Olaus Triggæsonus.* 2 *Sigvaldus.* 3 *Scil.* ab *Triggæsono* rege *Norregiæ*, *Olao Sanska Suecorum* rege, & *Suenone Danorum* Rege. 4 In *Codd.* Sacramentorum *Joseph Mariæ Thomasi*, qui *Romæ* prodierunt M.DC.LXXX. oratio dominica *Latinis* literis sic des-
 scribitur: Pater. ymon. oentis. uranis. agiaf. totono-
 masu. eltato. ibasili. afu. geniti. totelimassu. ofse uranu.
 kae. pitifgis. tonartion. ymin. omoyfion. dosymin. fy-
 mero. kae. aphif. ymin. thaothelamata. ymon. us kae.
 ymin. aphionem. tauphelemata. ymon. kae. mys. ymin.
 kis. ymas. spirafino. alarisse. ymas. apotuponeru.

Symbolum *Constantinopolitanum*, vulgo *Nicænum* dictum.

Pisteugo isenan theon patiran
panto cratoran pytin uranu ke gif oraton te
panton ke aoraton ke if ena kyrriou ifon christon
ton ion tu theu ton monogenin. ton ek tu patros
genithenta propanton ton eonon theon ek theu
fot ek fotof theon alithinon ek theu alithinu
genithenta upyithenta omo usion to patri diuta
panta egeneto ton dimastuf anthropof kebiatini
meteran sotirian katelthonta ekton uranon kef
farchothenta ekpneumatof agio kemariaf tif par
thenu keen antropif anta staurothenta te
yperimon. epi pontiu pilatu kepatonta ketafenta keanaf
tanta titriti katataf grafaf kenelthonta istuf
uranuf ke kate zomenon en boxian tu patros kepalin
erchomenon meta boxif krine zontaf kenecruf utif basilias
ukeftelof ke if topneumatof agion. to kyrriou kezo
opion to ektu patros keio ek poreugomenon ton fin patri
keio finprof kynumenon kefin finboxa zomeno to
lalifan diaton prophiton ifmian agian katholikyn
ke apofolicin eccelfian. Omo logo en baptifma ifa
pheelin amartion. Prof boko analtafin necron ke
zointumellontof eonof. A D-C I N.

Codex ms. in Quarto, è quo hæc describuntur, continet carmina varia & opera quædam miscellanea omnium fere poetarum *Christianorum*. Incipit à *Juveni presbyteri* hist. iv. Evangg. Fol. 421, habetur *doxologia*, *oratio dom.* & *symbolum Nicænum*. Fol. 422, habetur etiam *decalogus* Græce, literis *Latino-Francicis* scriptus, una cum *Alphabeto Græcanico*. Fol. 427, cernitur tractatus *de laude pudicitie & sobrietatis*, studio *Milonis* coenobitæ beati *Christi* præfulis. ut & *Hughbaldus* de *laude calvorum*, fol. 467.

In nostro symbolo $\pi\iota\sigma\tau\epsilon\upsilon\gamma\omicron$ scribitur **PISTEUGO**, quemadmodum & in specimine *Franco-Gallici* codicis, qui olim fuit *Dionysiani* prope *Parisios* monasterii, quod exhibet ^a *D. Joh. Mabillon*, quem nominare maxime laudare est. Sic quoque in nostro hoc symbolo $\pi\epsilon\sigma\tau\epsilon\upsilon\gamma\omicron$ scribitur poreugomenon, ubi G non habet valorem $\tau\epsilon$ r tertii *Græcorum* & *Mæso-Gothorum* elementi, sed ^b $\tau\epsilon$ G septimi *Mæso-Gothorum*, quod eodem olim modo sonabat ac I; quomodo & ipsum G, ante E vel I pronuntiant *Franco-Galli*; & in Ω exprimendo adhibetur ad producendum sonum *Francici*, vel *Franco-Latini* o, perinde ac h apud Germanos usurpatur ad producendum e. Quod cætera attinet, quæ ex his & id genus aliis speciminibus ad eliciendam literarum *Francicarum* potestatem observare licet, ea doctis, præsertim *Franco-Germanis* & *Franco-Gallis*, qui nostrum exemplum in illustrando *Saxonicorum* elementorum valore sequi non gravabuntur, brevitati studens relinquo.

In *Gramm. Islandica* Cap. I. elementa *Runica* undique quæsitæ & in variis alphabetis scalpæ non sine ingenti opera & sumptu exhibuimus; ut si quid forte *Runica* scripturæ, sive in pergamenaceis, sive in saxeis, sive in metallicis monumentis exaratum incisumve lectori curioso occurreret, id, inspectis tabulis nostris, ab illo facilius indagaretur. Verum ex quo caput istud impressum est, pensilem quandam icunculam auream, quoad formam haud nummis iis dissimilem, quos in tabulis expressos edidit *Elias Brennerus*, à se delineatam mecum communicavit *Humphredus Wanleyus*. In cujus inscriptione *Runæ* nonnullæ cernuntur, quarum notitiam neque ex alphabetis nostris, neque aliunde hætenus assequi potuimus. Id ergo monilis, icunculæve cum sua inscriptione ad tab. literas numerales (VIII) exhibuisse operæ pretium me fecisse spero. Quo Tu, Teve qui in *Runis* magis *Oedipi*, sive in *Daniâ*, sive *Sueoniâ* sint, in ignotis iis characteribus explicandis operam vestram felicis, quam ego meam, collocetis.

^a Liber V. de re diplom. p. 366. ^b Vide *F. Junii* *Alphabetum Goth.* p. 3.

Differtationis Epist. p. 29. illa plenissimam firmitatem habuisse apud *Anglo-Sax.* quæ in curiis acta & testata erant, ostendimus. Paginaque 76, unam eandemque chartam pluribus exemplaribus apud eos in eadem membrana confici solitam; modumque, quo membrana ista bipartiri, tripartiri, aut multipartiri solebat, docuimus. & in pag. 85. de vario jure, quod donans donatario contulit in prædiis, iisque, quæ ad prædiorum exemplum dabantur, nonnulla diximus. Quæ omnia cum una charta illustret, & confirmet, illam ab exemplari *Cottoniano* descriptam hic *Philosaxonum* gratia exhibendam censuimus.

✠ Hwæt sƿutelad on ðissum Geppite [hæt] Eþelstan Bircceop gebohte æt Leofpice æt Blacepellon sƿif hibe landes æt Intebýrgan be Eþelreder Cýnzes leafe. 7 be Eþelreger Arce-bircceoper gepitnesse 7 be Pulfrtaner Arce-bircceoper. 7 be ealra þara sƿitena þe ða on Engla-lande hýf pæron. mid ten Pundan reoder Golde 7 hƿiter Seolfrer. unforboden 7 unberacan. to geofene 7 to sƿyllanne ær dæge 7 æfter dæge. sibban oððe fremdam þær him leofost pepe. And se Eing het þone Arce-bircceop Pulfrtan þær to Boc settan. 7 Eþelrtane Bircceope Boc and Land betecan unnanðere heortan. þa æfter hýran manegum gearum. roc Pulfrtan and his sunu Sulfric on sum hæt Land. þa sende se Bircceop to Scipe-gemote to sƿigepan-cearþre. 7 drap þær his sƿræce. þa realde Leofpice Ealdorman 7 hacc. 7 Leofpice. 7 eal seo Scip his Land clæne þa he hit unforboda 7 unberacan behæt 7 settan dæg to hæt man to ðam Lande sƿolde sƿapan. 7 þa ilcan þe him ær Land Gemæpe læddon hit Eþelstan. 7 crædan gif ða Land-gemæpe ealra pæron sƿa man heo on sƿuman lædde þæt se Bircceop hæt Lande sƿul rihte ahte. Ða com se Bircceop þær to. 7 se þe him Land realde. 7 þa he him to[ri]nesse pæron. 7 com Pulfrtan 7 his sunu. 7 þa þe hýra Gefepan pæron. 7 heo ealle þa þa Land-gemæpe. gepidan eal sƿa heo man on sƿuman þam Bircceope lædde. 7 heo ea le crædan þe [hýpe] pæron þæt se Bircceop sƿul riht hæt Lande ahte. Ða se þær geanyrðe þær þe him Lande realde. Ðracon ða Leofpices sƿeond 7 Pulfrtaner sƿeond. þæt hit betere pæpe þ heopa seht to gæd[ðre dý]ðe þonne hý ænige ðace hým betreonan heoldan. sohtan þa hýra seht. þæt þær hæt Leofpice realde Pulfrtane 7 his suna an Pund 7 trefra þegna að. 7 pæpe hým sƿylf þriðde. þæt he ðam ilcan poide beon gehealden. gif seo sƿrac to Leofpice eode sƿa sƿa heo þa þær to Pulfrtane zegan. Ðis þær ure ealra seht. 7 Pulfrtan 7 his suna sealdon þa þæt Land clæne Leofpice. 7 Leofpice 7 Pulfrtan 7 Sulfric þam Bircceope clæne Lande 7 unberacan. ær dæge 7 æfter. to zýfanne þær him leofost pæpe. Hwæt sƿutelad seo gepitnes 7 se boph þe þæræt pæron. Ðæt þær æper se Bircceop. 7 L[eofpice]. and Pulfrtan. 7 Bricþpene. 7 Cýnzig. 7 sƿýrtan. 7 Egelpiz munuc. 7 Eþpene mæsse-ppeort. 7 Eþmæp mæsse-ppeort. 7 Sulfric mæsse-ppeort. 7 Cýnepoð æt Pebbeþpudý. 7 Eþez [æt] Sec[can]ham. 7 Eadpiz his mæg. 7 Sulfric æt Clodderheale. 7 Sæpoð æt Urtuný. 7 Sulfric æt Býnningtune. 7 Sulfpiz Madding. 7 mæniz god Cniht to eacan hýran. Nu sƿýndan þisra Geppita þreo. An on sƿigepna-Cearþre æt sƿca Mærian þær hæt land to hæpð. 7 oþer on Hæpþoða æt sƿca Eþelþrihte. and þriðde á mid þam þe hæt land on haade stande. God ælmihtiz þone gehealde þe his pille rihtlice healdan. 7 gif æniz man þonne seo þe his apendan pille. God ælmihtiz 7 sƿca Mæria. 7 ealle his leofan halgan þæne andþenige æzþær ze hep on hýfe. ze þær þær he længast sunian sƿcal. butan he hit þe deoppor ær gebete sƿa Bircceop him tæce.

✠ C Y R O G R A P H V M

In *Differt. Epistolaris* p. 80. c. 2. Marg. hæfi in voce *ruangepesa*, cujus sensum me latere tum confessus sum. Verum ex eo tempore mihi in mentem venit, vocem illam pro *ruangepesa* esse scriptam, quæ *Suibus* vel *porcis præfectum* denotat. *rua* enim, in obliquis *ruzan*, *suem* apud *Anglo-Saxones* significat.

Moneta species cum enumerare & explicare satagerem *differt. epist.* pagg. 109. 110, &c. Nescio quo casu contigit me nullam *SICLI* mentionem fecisse: qui apud *Anglo-Saxones* nummus certe vel *cusus* vel *computatitius* erat. *Ecgbertus* in 2 dialogo suo de Ecclesiastica institutione sic scribit: *Quisquis vero fratrum contra interdicta venerabilium canonum transfugam clericum, vel monachum, sine literis pacificis susceperit, & conventus in hac obstinatione perduraverit, reddat quod statutum est, xxx quidem SICLOS. xv. vero Episcopo loci, xv. Abbati. Quicumque vero ex laicis, qui monasteris præesse noscuntur, taliter aliquem ad se minime pertinentem susceperit, reddat debitum statutum, regi quidem x. SICLOS, x. vero Abbati.* Quod ad valorem autem hujus nummi attinet, illum duobus denariis argenteis valuisse idem *Ecgbertus* innuere videtur: *Sed duplicata xxx Siclorum pecunia, hoc est, sexaginta argenteos volumus dare Ecclesiæ adulterantes.* At in

a Edit. Londinensis, quæ prodit MDC.XC.III. p. 272. b Dialogi p. 273.

charta *Aethelwithe* reginæ, quam citat *Edwardus Cocus* in præfatione ante Sextam partem commentariorum juris, quindicies centum SICLI, mille quingentis solidis argenti & auri valuisse dicuntur. *Dabo Cuthwulfo ----- terram quindecim manentium in loco, qui dicitur Laking, pro ejus obedientia, atque pecunia pacabili, hoc est, mille quingentis solidis argenti & auri, vel quindicies centum SICLIS.* Per hanc ergo chartam *Siclus* valebat solido argenti & auri apud *Anglo-Saxones*, hoc est, undecim solidis argenteis, si aurum apud illos decuplo tantum valore argentum superabat. Tu, OTTLEYE, pro perspicaci Tuo ingenio judicioque, perpendas quid de immani hac differentia de *Sicli Saxonici* valore inter *Ecgberti* dialogum & chartam *Aethelwithe* statuendum sit. Ego enim in re tam difficili, alexæque plena, vix audeo sententiam meam interponere, nodum neque solvere sciens neque volens scindere.

Multa etiam in ejusdem *dissertationis* p. 50, iisque quæ sequuntur, de *testamentis*, & *testamentorum* factione apud veteres *Anglos* tradidimus; quæ quia vim & lucem ex aliqua parte à *testamento Wynflæde* accipiant, id quoque ex *Cottoniano* exemplari descriptum exhibere operæ pretium me facturum spero.

✠ Gynflæd cyð hu hio pile ymbe þæt hio hæfð ofer hýne dæg. hio becriþ into Cýncan hýne Ofþing-f... u. 7 hýne betepan Ofþing-ſceat. 7 hýne Rode. 7 into Beþepn-hipun tpa Se-leþpene cuppan. 7 hýne to ſaul-ſceatte ælcon Godeþ þeope Mancor Golþer. 7 butan þam Ceol-brýþe i Mancor. 7 Oðelþyrhte 7 Elre 7 Æþelſ... eþe. 7 an punð to piltune þam hipum. and Fugele anne Mancor. And hio becrið Æðelſlæde hýne dehter hýne agraþenan Beah. 7 hýne Mentel ppeon. 7 þ land æt Ebbeþþunpan 7 þa boc on ece yþſe. to ateonne ſpa hýne leofoþð ſy. 7 hio [a]n [hy]þe ðapa manna 7 þær yþſer 7 ealler þær þe þær þanne on hið. butan þæt man ſcel for hýne Saulle þær of don ægþer ge an mannon ge an yþſe. 7 æt Ceoplatune hio hýne an ealþa þepe manna 7 þær yþſer b... an þam Fpeot mannon. 7 þæt man finde of þam yþſe æt Ceoplatune [healþer] Pundeþ þyrðne Saul-ſceat to Mýlenþunpan. 7 healþer Pundeþ þyrðne Saul-ſcet þam Lýnnuc to Gyfle 7 Eadmæpe þæt land æt Coler [h]ýlle 7 æt Ingge-nerhamme. 7 hio an him eac þær lander æt Faccancumbe hýne Morþen-gýru þer hý dæg. and ofer hý dæg gýþ Æþelſlæd leng lýbbe þonne he. þonne fo hio to þam lande æt Faccancumbe. 7 ofer hýne dæg [g]a hit eft an Eadþolþer hand. 7 gýþ God pille þæt Eadþold þeopþe to þam gepexen an hý þæder þæt he land healþan mæge. þene bið ic Eadþer þæt he him læte[an] þapa tpega landa ofer to. oþþe æt Colerþýlle oð æt Eadþurþgeþýru 7 ofer hý dæg buta. 7 hio pile þæt man finde æt Inggenerham[me] healþer Pundeþ þyrðne Saul-ſceat to Paneting for hý. 7 æt Colerþýlle. 7 finde man of þam yþſe. lx. penegga þyrð to Scþifenanhamme. lx. to Colerþýlle. lx. to Cillariðe. 7 ſpeoge man ſulþape folgýge þam þe hýne leofo[ſ]t rý[te]týþe eal ſpa. 7 ſpeoge man ſulþlæde on þæt gepað þæt hio folgýge Æþelſlæde 7 Eadgýþe. 7 hio beceþð Eadgýþe ane Lpenceþ tpan. 7 ane Semer[tran] ofer hatte Eðgýþe. ofer hatte Æþelýþu. 7 ſpeoge man Gephurþ 7 Mýrcin 7 hý... el, 7 Bupþulþer dohtur; æt Cinnuc. 7 Ælþſige 7 hý þif 7 hý yldþan dohtor. 7 Ceolþtaner þif. 7 æt Ceoplatune ſpeoge man Þifur 7 Eþýne . . . e . . . an þife. 7 æt Saccancumbe ſpoge man Ædelm 7 Man 7 Iohan-nan 7 Sþpop 7 hý þif. 7 En[e]þætte 7 Geprande 7 Snel. 7 æt Colerþýlle ſpeoge man Æþel-gýþe 7 Biccan þif 7 Æþþan 7 Bedan 7 Gupþanneþ þif. 7 ſpeoge man ſulþapeþ ſþýrtor Bþýh-riþer þif [f] 7 1... þýrne þýrhtan. 7 ſulþgýþe Ælþþýþe dohtor. 7 gýþ þær hþylc þite þeop man ſý butan þýron þe hio geþeode. hio gelyþð to hýne Beapnon þæt hi hine pillon lýhtan for hýne Saulle. 7 Ælþolde hýne tpegen þerend Morþar. 7 an Morþ. 7 hýne peade Gitelb. 7 hio becriðð Eadmæpe an hliþþær þe Cuppan. Oþþe Æðelſlæde. 7 bit þæt hi findon betþeox him tpa ſmiceþe ſcencing Cuppan [i]nto Beoþepn for hi oþþe hýne ahgene iepedan Cuppan ge-iccon hýrn ec . . . an anon Punde. þonne polde hio þæt man dýde innon ægþene Cup-pan healþ Pund Penega. 7 agýþe man Eadþolde hý agene. ii. ſýleþenan Cuppan. 7 hio becrið him hipe gold Faþan Tpeopenan Cuppan þæt he ice hý Beah mid þam Golde oþþe hi mon æt him gehþeopþe mid. xvi. Mancurþum peader Golþer ſpa micel þær iſ to geþong. and hio becriþ him tpa Mýþþecan 7 þær an innan an Bed-peaþ eal þæt to anum Bedde gebýþeð. 7 agýþe Eadmæþ Eadþolde ſpa micel yþſe 7 ſpa ſela manna ſpa [to] him æþ æt Haþene beceþð. 7 [n]e hý þæder ſýððan ſpa he pille 7 be þan Lande æt Cinnuc hit agon þa hipan æt Sceaþterþýru ofer hýne dæg. 7 hio ah þæt yþſe 7 þa men þenne an hio þan hýþum þapa gebupa þenn þam Ga-þol-lande ſitæð 7 þera þeopþa manna hio an hýne ſýna dehter Eadgýþe. 7 þær yþſer butan þam Saul-ſceatte ðe man to gýþe ſýllan ſceal. 7 hio pile þæt man læte on þan Lande ſtanþan. vi. Oxþan. 7. iii. Cý mid þeoper Cealþon. 7 of [þa]m ðeopan mannan at Cinnuc hio becriðð Ead-polde Ceolþtan Eþtaner runu 7 Æþþan runu. 7 Bupþýþne Mæþtin 7 hý þif. 7 hio becriþ Eadgýþe þær angean Ælþſige þene Coc 7 Teþl þapeþurþan dohtor. 7 Deþerþan 7 hý þif. and Ecelm 7 hý þif 7 hioþa Cild. 7 Cýnerþan. 7 þýnriþe. 7 Bþýþþiceþ runu. 7 Eþýþne. 7 Buneþer runu. 7 Ælþþeþer dohtor. 7 hio becriðð Æþelþ[æde] Elþhelmmes dehter Ælþþeþer dohtor þa geonþan. 7 hýþi tþili þpocnan Cýþtel 7 oðþerne Linnene oþþe linnen-þeb. 7 Eadgýþe tpa Mý-
oþetan

8petan 7 þær Aninnan hýpe betryþe Bed-pahryft 7 Linnenne-pupan. 7 eal þæt Bed-þeþ þe þær to
 gebyred. 7 hýpe betrytan dunnan Tunecan. 7 hýpe betepan Mentel. 7 hýpe tpa tpeopenan ge-
 yplottude Cuppan. 7 hýpe ealdan gepieþan ppeon 17 an. vi. Mancursum. 7 rýlle man hýpe.
 III. Mancurraf of hýpe Saule-rcætte beþe 7 an lang heal pahryft. 7 oþer Sceopt. and
 þrio ret hrægl. 7 hio an Ceolþryþe hýpe blacena Tuncena rpa þer hýpe leofpe beo. 7 hýpe
 betryð Halpþryft. 7 hýpe betryþan Bindan [7 Æþelþ] læde þyrr hritan hýpecine baðe nan Cýrtel
 7 Cýrran 7 Bindan. 7 þinde Æþelþlæd rýððan an hýpe Nun-rcpude. loce hræt hio betryð
 mæge þulþlæde 7 Æþelþryfe 7 ice mid Golbe. þæt hýpa ægþer hýru hæbbe. LX. Peneng p.
 7 Ceolþýnne. 7 Edburþe. þæt rý. xxx. penega þýpð. 7 þær rýnt tpa micle Mýþefi can. 7 an
 hrægl cýrð. 7 an lýtulu Top mýþence. 7 eac tpa ealde Mýþencan. þenne an hio Æþelþlæde
 on ælcum þingum þe þer unbecþeden bið on Bocum. 7 an rýlcum lýtlum. 7 hio zelýrð [þ]æt
 hio wille hýpe Saulle geþencan. 7 þær rýnt eac þahryftu sum þe hýpe þýrþe bið. 7 þa lærtan hio
 mæg rýllan hýpe þimmannon. 7 hio becrið Cýneluþe hýpe ðæl þera pilþera þopra þe mid Ead-
 mene rýnt. 7 hio an Æþelþlæde hýpe hýra Cuppe 7 þara Anblumena. 7 ealpa þera ge-
 tæra þet þær binnan beoð. 7 eac ðær þopþryger 7if hýr hýpe re Cing an rpa rpa Eadþeapð
 Cing ær hýr Býþhtýnne hýpe meþer geuðe. 7 hæbbe Eadþold 7 hýr rpeortop hýpe taman
 þopþ gemæne e hýr agene toþoran.

In ejuſdem diſſertationis p. 149, & deinceps, ſpecimina nonnulla dedimus erro-
 rum, in quos lapſi ſunt viri doctiſſimi, qui *Vett. Septentrionales* linguas, aut plane nul-
 las, aut non omnes, aut ſi forte aliquam, eam tamen non fatiſ bene, intellexerunt.
 Illis, *Philo-Saxonum, Philo-Gothorumque* gratia, viſum eſt & alios adſicere, qui, in rep.
 literaria, quamvis magni nominis homines, in quibuſdam allucinati ſunt. In qui-
 bus tamen, ſi linguas iſtas ſciuiſſent, minime aut ipſi erraſſent, aut errorum aliis au-
 ctoreſ fuiſſent. Horum primas tenet operibuſ ſuiſ inter doctos claruſ JOHANNES
 HARDUINUS, qui in pagg. 34, 35, *chronologiae ſuae veteriſ teſtamenti*, quæ Amſtælodami
 edita erat An. MDCC. ſic de *Anglo-Saxonica* noſtra ſcribit: *At Saxonica, quæ in qui-
 buſdam dubiæ (ut Coptica) fidei monumentiſ extat, nihil aliud, quam Germanica illiuſ
 ævi eſt, quo ſunt hæc (Coptica) exarata characteribuſ ab artifice excogitatiſ, diverſiſ certe
 ab hiſ, quibuſ OFFA REX ſuoſ olim nummoſ inſcripſit; qui ſunt omnino Latini, qualeſ ii,
 quibuſ id nomen hic exhibemuſ. Ejuſ autem linguæ eſt Saxonica Ælfrici nomine homilia de
 Euchariſtia, Ratramni ſenſu, ſtilo, atque ipſo ſubinde ſermone conſcripta, hoc eſt hæretico.
 At Ælfricuſ non Anglicuſ, Saxonicuſve nomen eſt, ſed Hebræuſ, DEUſ REDEMP-
 TOR. Nam 78 deuſ eſt: quod nomen, quoniam nihil intereſt, utrum EL an AL eſſe-
 ras, ideo & ÆLFRICUſ & ALFRICUſ in libriſ ſcribitur. 779 redimere eſt ex vul-
 gato interprete, pſalm. CXXXV, 24. quem tum ob peritiã viri ſingulareſ, tum aliſ de cauſiſ,
 talium nominum architecſi ſequuntur.*

In *Harduini* iſtiſ, tot fere ſunt erroreſ, quot lineæ. Primo enim *Galluſ* iſte in biblio-
 theciſ noſtriſ hoſpeſ in hoc fallitur, quod *Anglo-Saxonica* non niſi in pauciſ qui-
 buſdam monumentiſ extare putet; cum contra ingentem *Codd. mſſ.* numerum, ut illoſ,
 qui impreſſi ſunt, ſilentio tranſeam, *Grammatica* noſtra *Anglo-Saxonica*, & *diſſertatio
 epiſtolaris* citatoſ ſupereſſe oſtentat, quos *Harduiniſ*, cum *Indicem* tertium perlu-
 ſtraverit, præproperam hanc cenſuram ſuam protinuſ retractabit. Secundo autem
 in illo fallitur, quod monumenta noſtra *Saxonica* dubiæ fidei eſſe ſcribat. Etenim
 extare apud noſ & dubiæ fidei, & commentitia quædam monumenta *Saxonica*, præ-
 fertim *chartaſ*, ſive *diplomata*, adeo non negamuſ, ut quæ id genus aut ſunt, aut eſſe
 cenſemuſ, in opere noſtro paſſim notaverimuſ: quod & *Wanleyuſ* noſter in *libb. Sax.
 catalogo*; in quo etiam alia occurrunt quamplurima exploratæ fidei notæque præ-
 ſtantiſſimæ, ad quæ doctum hunc virum mittimuſ. Tertio in eo errat, quod monumen-
 ta *A.S.* omnia ejuſdem ævi cum *Copticiſ* affirmet; ſiquidem nonnulloſ *Codd. Saxoniciſ*
 characteribuſ habemuſ ante annoſ DCCCC. ſcriptoſ, quorum nonnulloſ in *Grammatica
 Anglo-Sax.* citavimuſ, ut *Codd. evangeliõrum Ruſhworthianum & Cottonianum* verſio-
 nibuſ *Dano-Saxoniciſ* interlineatoſ; *Codicem* bibl. Bodl. Oxon. cujuſ nota NE. D. 2.
 19. è quo ſpecimina veteriſ manuſ *Saxonica*, quæ apud Angloſ ante Ælfridi R. tem-
 pora in uſu erat, exhibuimuſ p. 168. *Codicem Philippi præbyteri*, cujuſ ſpecimen de-
 dimuſ p. 176. Denique, qui mille annorum antiquitatem ſpirat, *Codicem Evangg.
 Eccleſiæ Licetfeldenſiſ*, librum *S. Ceade*, dictum cujuſ ſpecimen *Grammaticæ Fran-
 co-Theotiſcæ* p. 2. videre eſt expreſſum; præter alioſ, quos *Humphr. Wanleyuſ* in
 catalogo ſuo notavit. Qui quidem *Codd.* omneſ, cum cæteriſ ſive genuiniſ, ſive ſpu-
 riſ, qui temporibuſ *Anglo-Saxonum* diverſi generiſ & non uniuſ ſeculi manuſ exa-

rati sunt, *Harduinum* quoque immanis, & tantum non ridiculi erroris arguunt, qui monumenta *Saxonica*, quæ pauca, quæ dubiæ fidei esse prædicaverat, etiam characteribus ab artifice pro arbitrio excogitatis scripta temere, & absque omni iudicio non erubuerit affirmare. *Anglo-Saxones* autem scribendi rationem suam, perinde ac suam *Gallos*, habuisse non uno loco observat historia *Croylandensis* auctor, qui ritus & consuetudines *Anglicanas*, quas *Normanni* innovaverant, recensens ita scribit: *ipsum etiam idioma tantum abhorrebant [Normanni] ut modus etiam scribendi Anglicus ommitteretur, & modus Gallicus in chartis & in libris omnibus admitteretur.* Et alibi: *detuleram etiam mecum Londonias, chartas & chirographa, & præcipua monumenta nostri monasterii, quæ cuncta manu Saxonica scripta erant. Chartas etiam - - - quæ partim duplicate tam Gallicana manu, quam Saxonica scribebantur.* At pro arbitrio & ingenio artificis excogitatas esse literas *Saxonicas* vult *Harduinus*, quod diversæ sunt ab his, quibus *OFFA REX* suos olim nummos inscripsit, qui sunt omnino *Latini*. Quod si omnino *Græci* essent, an igitur sequetur & monumenta *Saxonica*, scilicet diplomata, & codices ab eruditis *Anglo-Saxonibus* esse scriptos characteribus ab artifice excogitatis? Membranz veteres *Franco-Gallorum* scriptæ sunt literis longe diversis ab iis, quibus numismata eorum inscripta sunt, an igitur characteribus incertis, & pro arbitrio artificis excogitatis exaratae sunt? Verum quarto, in eo errat *Harduinus*, quod *Offæ Regis* nummos literis inscriptos dicit, qui omnino *Latine* sunt. Tantum enim abest, ut omnino *Latine* sint; ut ductum paulo diversum habeant ab iis, quæ omnino sunt *Latine*, speciem præ se ferentes invenustam, à majusculis istius ævi *Latinis*, etsi non plane abhorrentem, plane tamen haud parum alienam.

Quod *Ælfrici* homiliam *paschalem*, *Saxonice* scriptam, hæreticam inique vocat, id non moror, quippe qui non ut Theologus, sed ut *Saxonica* linguæ præceptor, hic cum illo controversiam habeo. Verum cum *ÆLFRICVM* non *Saxonicum*, sed *Hebræum* nomen esse dicit, eo se deridendum omnibus propinat, qui *Saxonicis*, *Franco-Theoticis*ve literis eruditi, sciunt *Ælfricum* (haud secus ac *Ælfredum*, vel *Aluredum*, *Alricum*, *Alredum*, *Aldredum*, *Alberhtum*, *Alwinum*, cum id genus aliis) esse nomen proprium *Saxonica* originis, non *Ælfrico* homilistæ Archiepiscopo Cantuariensi ab aliquo nominum architecto ob peritiam viri singularem inditum; sed illi cum aliis *Anglo-Saxonibus* commūne: ut *Ælfrico*, cui cognomen *Bata*, *Ælfrico* Merciorum duci, *Ælfrico* East-Anglorum Episcopo, & *Ælfrico* Archiepiscopo Eboracensi.

A nominum architectis, quos apud *Saxones* nostros fuisse somniat *Harduinus*, occasionem sibi oblatam arbitratur ad monendum lectorem de fraude artificum, qui unam literulam mutando ad dissimulandam malitiam, voces ignotas interdum confingunt. Quod (inquit) est inprimis à non nemine præstitum, *cujus librum ante annos sex didicimus manuscriptum alicubi asservari sub ementito nomine Δουδαῖς, cum scriptor sit sæculi XIII; Qui postquam captum à Francis Byzantium est, in Galliam appulit, ubi eodem, quo Calviniani hodiè aguntur adversus sacrum Episcoporum ordinem, odio agitatus, ac præsertim in eos, qui titulos quosdam habent in Galliis honorum, ac dignitatum illustrium, scripsit eos multo delectari magis Δουδαῖς, quam Episcopi nomine. Quo de vocabulo interrogati, amico consulenti patefecimus hominis improbitatem, qui, ne statim ea pateret, mutata litera Π in proximam consonantem Ν, pro voce Gallica ex duobus conflata Δουδαῖς, DVC & PAIR, scripserit Δουδαῖς. Hæc ille, criticæ laudis studio vehementer nimis affectus, inepte, temere, & fidenter. Nam tantum abfuit, ut *Asidæus* ille Δουδαῖς pro composito vel potius decomposito Gallico Δουδαῖς prave & malitiose scripserit, ut ^b antistites, qui *Paulo Samosateno* Episcopatum suum abrogarunt, criminibus ejus id annumeraverint, quod Δουδαῖς quam *Προνομος* mallet vocari.*

Ad *Harduinum* accedat *P. Franciscus Giambullarius* à nobis antea laudatus. Qui, cum prius floreret, quam *Septentrionales* literæ notæ essent, in erroribus multis versatus est, quos, si jam in vivis esset, quisque *Philo-Teuton*, *Philo-Gothus*ve illi facile posset ostendere. Id genus est, quod de *Tuiscone*, quem *Tacitus* *Tuisconem* vocat, gigante dicit, à quo ortos *Germanos* scribit, p. 59. *Il secondo anno di costui cominciarono ad abi-*

a Lege Δουδαῖς & Δουδαῖς. b *Euseb.* hist. Eccl. lib. VII. c. XXX. p. 229. edit. *Paris.* MDCLXXVIII. v. etiam vocem Δουδαῖς in Glossario *Car. Dufresnoii*

ad scriptores mediæ & infimæ *Græcitat*, & in appendice ad *glossarium*.

tarfi la Spagna, & la Francia. il xv°. la Germania per Tuisco gigante, uno de figliuoli di Noe, nato dopo il diluvio, da'l quale duro ancor' oggi il nome Todesco, quasi Toësko, poco alterato da'l primo sono. Pag. 117, & deinceps multas voces Italicas quæ plane sunt Gothica & Teutonica originis ab Hebræo fonte derivat, ut Ambasciata: diciamo noi adunque, Ambasciata, Ambasciatore, & Ambasceria, da Bascer, che à loro significa nunziare. Quam tamen, Ambasciata à Gothico **ANDBAHTS**. Apud Cæsarem in commentariis, *Ambactus*, minister; unde Anglo-Saxonibus *embiht, embihtan*; Alamannis *ambacht, ambachtan*, minister & ministrare accersendum est.

Giambullarium sequatur vir doctissimus *Angelus Rocca*, qui sextam columnam parastaticam bibliothecæ Vaticanæ, Gothica lingua inventorem nimirum **ULPHILAM** repræsentantem describens, sic loquitur; prima hujus parastaticæ columnæ facies *Ulphilam Gothorum episcopum habitu episcopali indutum*, Gothicarumque literarum inventorem repræsentat. Hinc supra ejus caput *Alphabetum conspicitur*, & ad ejusdem pedes hæc legitur inscriptio; **ULPHILAS EPISCOPUS GOTHORVM LITERAS INVENIT**. Alphabetum autem, quod supra caput *Ulphilæ* in bibliotheca Vaticana conspicitur, non istud est à Græcis & Latinis literis sumptum, in quo *Evangg.* Gothicam suam versionem exaravit; sed ut ex literis delineatis constat, Alphabetum quoddam *Runicum*, sive *Scano-Gothicum*, quod aut ipse *Angelus Rocca*, aut aliquis alius bibliothecæ Apostolicæ ante eum præfectus, inter linguas, literasque *Scano-Gothicas*, & *Mæso-Gothicas* quid discriminis esset nondum sciens, supra caput Episcopi *Mæso-Gothorum* nec scite, nec convenienter depinxit.

Ad *Angelum Roccam* accedat *Gul. noster Camdenus*, quo auctore, morem donandi terras *sine scripto*, cum gladiatorum, & id genus symbolorum solemnè traditione, *Anglis* veteribus ante ingressum *Nortmannorum* fuisse probavimus in dissert. epist. p. 48. exemplo *R. Canuti*, qui prædium *Puseyense* tradito cornu dedisse fertur. Quod, à majoribus de *Pusey* nuncupatis acceptum prædii dominus, *Carolus Pusey*, possidet. id nimirum ante aliquot annos, cum Cancellariæ præfideret honorabilis dominus *Georgius Dom. Jefferyes*, causa in foro acta, consecutus. In illa lite, ut accepi, exhibitum in *Cancellaria* fuit ipsummet cornu, de quo controversia erat; & cum magnâ omnium admiratione, ut illud ipsum cornu, quo, veluti *charta*, terras *Puseyenses* ante DCC fere annos *Canutus* donaverat, acceptum, admissum & probatum. Cornu autem quod attinet, *bovinum* est, mediocris magnitudinis, quod in medio habet cingulum argenteum auro oblitum, duobus pedibus *canis venatici*, quibus sepositum sustentatur, affabrè commissum. In illo cingulo scalpitur inscriptio, quæ hæc est.

I kyng knoþw þeþe Wyllyam Þecote
þys horne to hold by þy lond.

In apice etiam habet *canis venatici* caput cochleati operis ex argento deaurato factum. Quo per strias circumverso, clauditur os apicis; reverso vero & exempto, aperitur. Hinc binos in usum destinatum id cornu existimo. Nam aperto apice in flatum buccinæ *venatoriae* ad homines, & canes convocandos; operto vero, *poculi* vices sustinuisse videtur: sed in venationis usum id primario fabricatum esse, non solum *venatici* canis caput pedesque supra descripti; sed duo annuli, per quos à loro intro-misso, cornicinis ad latera pendebat, ut credamus, faciunt.

Hæc obiter, Ornatissime **OTTLEY**, de Cornu, quod ostentant domini de *Pusey*. Quod tamen non esse, saltem non posse evinci esse illud ipsum cornu, quo *Canutus R.* prædia *Puseyensia* donabat, inscriptionis *Sermo*, quo ante tercentum vel CCCL. annos *Angli* locuti sunt; & *Characteres*, quibus ea circiter tempora usi sunt, in Tab. nota numerali [IX] exhibiti demonstrant. Equidem quam primum illos delineatos conspexi, Epigraphen cornu collegii *Reginæ* apud Oxonienses florentissimi, non potui non in mentem revocare. quæ cum illa *Puseyensis* cimelii non ita dissimilibus literis exarata est, ut qui utramvis norit, ambas noverit.

Denique agmen claudat ingenio excellens, & humaniorum literarum, præsertim dramaticæ poëseos scientia clarus *Thomas Rymer*, qui literaturæ *Saxonica* prorsus ignarus, commentitium instrumentum ante ducentos circiter annos fictum, sigilloque *Malcolmi R.* Scotorum munitum esse simulatum, quo rex ille *S. Eadwardo II.* Anglorum regi, tanquam *Scotiæ* superiori domino, homagium, ligium & fidelitatem spondisse,

disse, & professus esse dicitur, cælatura splendide expressum, quasi ad pompam, edidit. Quod tamen, non dicam, si linguam, antiquitates & solennia verba; sed si vel literas, manusque *Saxonicas*, typorumque scutariorum originem cognovisset, adeo tanquam genuinum & verum edere noluisse, ut id plane uti figmentum primo intuitu, & omni procul dubio damnasset. Etenim manus ipsa, qua instrumentum scriptum est; vox ^a PARLIAMENTUM, quod ante annum XXVIII. *Henrici III.* regnantis, in monumentis *Anglicanis* non scriptum occurrit; vocesque feudales, *ligii subditi, ligia fidelitas, homagium ligium, jus directum, recorda coronæ*, omnes ante victoriam *Nortmannicam Angliis* ignotæ; ut de sigillo, quod scuti regii symbolum gentilitium est; ut de tempore in quo esse confectum & sigillatum fingitur, nihil dicam; id falsum esse evincunt. Equidem viri cæteroquin doctissimi non potui non dolere vicem, qui membranam istam publicando, se *Scotis* castigandum exposuit. Quorum unus vir eruditus *Georgius Ridpath* clientelarem illam *Malcolmi Regis* professionem merum esse commentum ostendit in præfatione, quam præmisit libro, quem *Scotlands Sovereignty asserted*, inscriptum Londini edidit, A. 1695.

Denique adde huc quæ observare fas est de ^b τροπερ, facto à Latino ^c TROPARIUM vel Troparius, Græce ^d ΤΡΟΠΑΡΙΟΝ, quod *hymnarium, hymnologium*, sive librum *hymnorum* significat. Id genus est Cod. ille Latinus ms. bibl. *Bodleyanae*, qui in col. r. p. 135 catalogi librorum mss. qui in magnum reip. literariæ beneficium Oxoniæ prodiit An. Dom. MDCCXCVII. sic inscribitur: Codex elegantissimè scriptus, qui TROPARIUM appellatur: continet quippe *tropos* sive hymnos sacros, viz. *Alleluia, tractus, modulamina, Profas per anni circuitum in festos & dies dominicos: omnia notis musicis antiquis superscripta*. Pro hac verò voce antiqua *tropere*, sive librarii, sive typhotetæ errore mendose *TOPEP* excuditur in *R. Hovedeni* annalium p. 283. Quem locum excubens cl. *Johan. Seldenus* in pag. 147, ^e libelli, qui inscribitur *Jani Anglorum facies altera*, vocem sibi ignotam nigris in literis descripsit, eam lectori notandam & explicandam relinquens. Verba historici hæc sunt: *In crastino colloqui venit Thomas Archiepiscopus ad curiam regis in capella ejus, & statim petiit ab eo licentiam transfretandi ad Alexandrum papam, qui ea tempestate moram faciebat in Francia, & habere non potuit. Dixit enim ei Rex, tu prius respondebis mihi de injuriâ, quam fecisti Johanni Marechalco meo in curia tua. Conquestus enim erat regi idem Johannes, quod cum calumniatus esset in curiâ Archiepiscopi terram quandam de illo tenendam jure hæreditario, & diu inde placitasset, nullam inde potuit assequi justitiam, & quod ipse curiam Archiepiscopi sacramento falsificaverat secundum consuetudinem regni. cui Archiepiscopus respondit: nulla justitia defuit Johanni in curia mea: sed ipse, nescio, cujus consilio an propriae voluntatis motu, attulit in curia mea quendam *TOPEP*, & juravit super illum, quod ipse pro defectu justitiæ à curiâ meâ recessit, cum statutum sit in regno vestro, quod qui curiam alterius falsificare voluit, oportet eum jurare super sacrasancta evangelia: Rex quidem non respiciens ad verba hæc juravit, quod ipse haberet de eo justitiam. Et Barones curiæ Regis judicaverunt eum esse in misericordia regis. Verum anonymus ille, sive is *Adamus Littleton* S. T. P. sive quis alius fuit *Saxonica* linguæ rudis, qui ^f *Janum Seldeni* in *Anglicum* convertit, in vocem sic absurdè scribit: I know what the Adverb ^h *TOPEP* signifies amongst the Ancient Latines, but what the word means here, I confess I am in the dark. it doth certainly stand for something (I was thinking a *TAPER*) which he brought with him into court, and swore upon it, as he should have done upon the holy Gospels. I cannot imagine that by quendam *TOPEP*, should be intended some woman or girl, whose name was *TOPEP*, whom he brought along with him, and in defiance to the court, laying his hand upon her, took his oath as formally, as if he had done it upon the holy Evangelists.*

In *dissert. epistolaris* p. 121. *Britanniæ Saxonicae, & Romano-Saxonicae* topographiam à nemine nisi qui literaturæ & antiquitatis *Anglo-Saxonicae* peritus est, literato orbi,

a *R. Bracci* liber qui inscribitur, *In Answer to Dr. Petts rights of the Commons asserted*, p. 71, 72. b Quod vide in librorum vet. Septentr. Cat. p. 80. c Quod vide in *Du-fresnii* Glossario Latino-barbaro. d Vid. *Watfii* glossarium ad finem operum *Matthæi Paris.* excus. Londini. 1640. Et *Du-fresnii* Glos. Græco-Barbarum. e Edit. Londini. 1661. f In *Sel-*

denti libro male quendam. g In libro Londini edito, Anno. MDCLXXXIII. cui titulus *Tracts written by John Selden of the inner Temple Esquire.* h *Topper*, Fest. ex *Næv.* i. e. cito, celeriter, quasi toto opere, *vix, aving, immediatly, quickly, in all hast.* Linguæ *Latinae* dict. opera & studio *Adami Littleton.* Londini, 1681.

qui illam jam dudum desiderat, dari posse ostendimus. Ibi quoque de iis, quæ typographici hujus operis conditori curanda & facienda sunt, sententiam nostram breviter explicuimus. præsertim quo pacto locos ab illo describendos existimamus uno atque altero exemplo monstravimus. Verum dum de exemplis dandis cogitarem, in mentem mihi non venerat *Joh. Seldeni* in *Cygneam* suam *cantionem* commentarius, in quo egregia multa, eaque locorum descriptorum luculentissima exemplaria, alphabetico ordine digesta, inveniet, quisquis ille fuerit, *Britanniæ Anglo-Saxonicae* & *Romano-Saxonicae* descriptor, quæ ei ad imitandum propono. Id genus opus animo molitus est *L. Noel*, vir in *literatura Saxonica* versatissimus, ut par est conjicere ex *Angliæ Saxonicae* tabula chorographica, quam illius manu delineatam, *Saxonici*que locorum nominibus descriptam cernere est in *bibl. Cott. Domit. A. XVIII.*

Cum ea, quæ de etymis & origine linguæ *Anglicanae* tradiderim *dissert. epist. p. 255*, scriberem, *OTTLEYE*, constituebam aliquot centenae supra mille voces, quæ nobis in usu sunt, alphabetico ordine digestas, & à sermone *Cimbrico*, seu *Scano-Gothico* solo petitas, in *præfatione* nostra, quasi in prospectum producere. Verum illius magnitudo, quæ jam nunc ad majorem quam credideram, molem surrexit, facit ut consilium mutarem, ne porta vegrandis domum superaret.

In omnibus ferè partibus, quæ opus nostrum constituunt, tantum abfuit, ut aliquam omitterem, ut nullam non occasionem, quam mihi ad danda vetustarum manuum specimina arbitraber oblatam, captaverim & amplexus sim. Verum *Humphredus Wanleyus*, qui ea pauciora esse censet, quam majorum nostrorum honos, operisque dignitas postulat; sparsimque insuper, & sine ordine hic illic posita dolet; auctor mihi esse voluit, ut nova specimina à se secundum seriem *Temporum* delineata exhiberem. Quæ ergo *Tui*, omniumque *Φιλολογίας* gratia, *Colendissime mi OTTLEYE*, non sine magnis impensis ad calcem præfationis in tabulis scalptis vobis cum delectatione aspicienda adjicere non gravatus sum.

Hactenus in iis scribendis operam posui, quæ ad corrigendos errores majoris momenti, quibus forte fui lapsus; & ad supplendos operis nostri defectus, maxime conducere ratus sum. Jam ergo ad confirmanda aliqua, quæ tradidimus, aliorum scriptorum auctoritate; & quæ ab aliis scribuntur nostris contraria redarguenda progredior; in producenda paulo ulterius præfatione, neque Tibi, neque iis qui Tuo affectu venerabilem antiquitatem colunt, quod spero, molestiam creaturus.

In *dissertatione Epist. Literaturæ & antiquitatis Saxonicae* quam utilis scientia est, ut ex aliis, sic ex eo præsertim ostendimus, quod *Chartularium* vel *Cartarium Anglo-Saxonicum* & *Normanno-Saxonicum* rite condere, vel *Britanniæ Anglo-Saxonicae*, & *Dano-Saxonicae Topographiam* recte scribere nemini fas est, qui id genus literarum scientiam non bene assecutus fuerat. Utriusque futuris auctoribus, chartarum veterum usum perinde necessarium fore monstravimus. Speciatim *pag. Dissert. Epist. 81.* quemadmodum *tempus*, sic & *locos* in chartis suis solitos esse notare *Anglo-Saxones*, *Dano-Saxones*que, præcipuè *Reges & Episcopos*, nonnullis exemplis probavimus. Quamobrem meo inducere consilio velim illorum alterutrum, qui fortè primus ad scribendum surrexerit, ex *Regum & Episcoporum Angliæ veteris diplomatibus*, de eorum *Aulis & Villis tractatum* scribere, *Johannis Mabillonii* ad exemplum, qui *de regum Francorum palatiis, villisque regis*, quorum notitiam ex vetustis eorum chartis hausit, ² librum *Φιλολογίας* gratissimum conscripsit.

Præterea cum literarum *Septentrionalium* utilitatem ostendere fatagens, de libris faciendis aut recudendis agerem, qui in *Saxonici* versatissimos auctores postulant, nescio quo casu *Chronici Saxonici* oblitus sum, quod tertiam editionem, *Edmundi Gibsoni* secundâ illâ multo quidem auctiorem desiderat. Adfurgat ergo Vir ille *literaturæ Saxonicae* scientissimus, & ad recensendum *Chronicon suum* sine mora se accingat. Id *literarius orbis*, id *annales omnes*, & *chronica*, sive *Latine*, sive *Anglo-Sax.* & *Gallo-Normannice* scripta, tam quæ excusa sunt, quam quæ in archivis delitescentes nondum excuduntur, flagitant & expectant; quasi gestientes ab illo diurnâ nocturnaque manu versari & pervolvi; ut ex iis diligenter perlectis *Chronici sui* lacunas, sive vacuos annos, ut & femiolenos res gestas decerptas addendo impleat, plenosque dictos etiam pleniore, quatenus licebit, plenissimos reddat. Hoc pacto opus *historico-politicum* & *reip. literariæ* gratissimum, & suo nomine dignum facturum erit. Cujus

a Quartus est de re diplomaticâ.

perficiendi, dum anni, dum vires finunt, utinam nolit committere, ut illi usque, & forsan usque craftinanti, forte quis alter gloriam præripiat.

Ea in parte *Dissert. epist.* ubi de *Donationibus Anglo-Saxonum* tractavimus, ab homine, qui in literis, & antiquitatibus veteris *Angliæ* eruditus est, & à nemine alio, cæteroquin doctissimo, *Panchartarium Anglicum*, modo quem descripsimus, scribendum esse ostendimus. Interea vero dum quis talis, Mecænatem suscepto parem nactus, ad Herculeum id opus se accingat, utinam aliquis literaturæ *Septentrionalis* scientia præclarus ad chartarum veterum *ensuram*, seu *librum criticum* componendum exurgat. In quo *ensoris diplomatici* officio fungens, *instrumenta* à veteribus *Anglo-Saxonibus*, *Anglo-Normannisque*, quovis sermone, sermonisve dialecto confecta, tam ex iis, quæ excusa, quam quæ nondum excusa sunt, dubia à certis, falsa & falsificata à veris, apographa ab auctographis, denique conversa ex alia in aliam linguam ab Originalibus, & corrupta, adulterata, interpolata à puris, & sinceris, pro virili suo & sine partium studio distinguat & fecernat. Hujus generis quis scribendo librum literaturæ *Septentrionalis* utilitatem simul ostendet, & literatum orbem sibi devinciet; gloriam immortalē in super acquisiturus id faciendo, quod omnes antiquitatis cultores maximè desiderant; planeque nullus, qui *rem diplomaticam* hæcenus apud nos coluit, aut præstitit aut præstare potuit. Homini critica ista manuum, sermonumque, pro loco & tempore differentium, & id genus rerum ad antiquitates *Anglicas* spectantium notitia instructo, *Chartarum omnium*, sive regum, sive episcoporum, sive monasteriorum, sive denique privatorum hominum, quas *Marculfus Pagenses* vocat, censuram paucis, crede mihi, expedire licebit.

Ex. gr. Chartam *Bertulphi R. Merciorum* quam in historia sua *Croylandensi Ingulphus* exhibuit ad examen vocanti sic paucis breviter damnare fas erit: *Charta Bertulphi R. Merciorum, quam Ingulphus confectam esse dicit anno incarnationis DCCCLII. ex eo commentitia esse constat, quod in illa Abbati & Monachis Croylandensis Monasterii Rex confirmasse dicitur regulam S. Benedicti. (confirmo) inquit vobis & successoribus vestris regulam S. Benedicti sub habitu vestro tam nunc professis, quam post vos professuris. Per habitum intelligit Ingulphus habitum Nigrorum monachorum, quorum mentionem facit in Charta Ethelbaldi R. ficta, Historiæ suæ p. 3. ut & in p. 5. ubi tradit Offam R. Merciorum fundasse monasterium Nigrorum monachorum in Verolamii civitate. In istis vero temporibus regulam S. Benedicti habitumque nigrum à quo monachi Nigri appellabantur nondum innotuisse ipse Mabillonius concedit de re diplomaticâ lib. I. p. 30. Præterea Chartam hanc non esse Bertulphi evincunt voces phrasæque plane Nortmannicæ, in his quæ sequuntur: De dono Fregisti militis. De dono Algari militis. Ad Severam de Asendyk. De eodem feodo. Mariscum duarum leucarum. Octo quarentenas in latitudine. Quibus forte addas feriam sextam in hebdomada Paschæ. Siquidem feriæ rara aut nulla mentio in designationibus Temporum, quibus saltem vetustiores Anglo-Saxonum chartæ confectæ esse notantur.*

Ibidem chartam confirmationis *Ædredi R. fictam* esse hæc monstrant: *Cænobium nigrorum monachorum ordinis S. Benedicti à nobili rege Merciorum Ethelbaldo fundatum, in perpetuam & puram elemosynam illis monachis, & omnibus successoribus eorum sub eadem regula, & eodem habitu S. Benedicti ibidem Deo servientibus. Quibus adde WEIF & STRAY, quæ ad Saxonica SOCHA, SACHA, TOL & TEM accedunt. Ut &, Mariscum duarum leucarum. Sex manerius. Cum advocacione ecclesiæ. A secta in schyris. Affidare suos nativos. Omnibus catallis. Pro quo catallo. Centum librarum legalis monetæ. Quæ omnia Saxonibus nondum saltem audita, Nortmannici fori & sermonis esse judicanda sunt.*

Chartam etiam à *Thoroldo*, anno Dominicæ incarnationis MLI factam esse dictam, falsitatis arguunt *Nortmannica*, quæ sequuntur. *Totum manerium. Tenementis & averiis. Bonis & catallis. in villa de Spaldyng. In liberam & perpetuam elemosynam. Lef-*

^a Istiusmodi multa sunt in chartis ab *Ingulpho* exhibitis. ut in *Beorredæ* charta, *De dono Mercardi militis mei.* Cum tamen *Militis* titulo, quatenus equitem denotat, nemo insigniri solebat apud *Anglo-Saxones*, apud quos *K. DER*, eques, miles, non census, civili que conditionis & *Dignitatis*, quemadmodum apud *Nortmannos*; sed potius *Emancipationis* nomen erat; pla-

ne ut apud veteres *Germanos*, secundum *Tacitum*, qui in libro de moribus Germanorum, sic scribit: *Tum in ipso consilio, vel principum aliquis, vel pater, vel propinquus scuto frameaque juvenem ornat. Hæc apud illos toga, hic primus juventutis honos: ante hoc domus pars videtur, mox reipublica.*

stanium carpentarium. Quibus accedant homines binomines, ut *Gunterus Liniet. Outy Grimkelson. Turstanus Dubbe. Elmerus de Pyncebek. Goufe Gamelson.* Quæ Nortmannicos mores, ne quidem inolescentes, sed jamdudum prævalentes plane sapiunt.

Sic chartam *Ædgar* R. primam, quam exhibet *Ingulphus*, fictam esse probant Nortmannica: *Meremium Regalibus maneriis in perpetuam eleemosynam. Communa pasturæ. Pro tenentibus suis. Waif and Strays. Omnia tenementa.*

Denique chartam exemptionis, quam *Ædgar* R. monasterio *Petroburgensi* concessisse tradit *Ingulphus*, si non falsam, suspectam saltem esse evincit ipsa exemptio, quæ sic se habet: *Ego itaque per gratiam S. Petri, tantique patris charitatem, atque animæ redemptionem, concedo gratantissime illud Sanctum & Apostolicum coenobium in perpetuum esse liberum ab omni seculari causa & servitute, ut nullus ecclesiasticorum, vel laicorum super ipsum, vel ipsius Abbatem, ullum unquam habeat dominium. . . . Ab omni mundiali jugo tam secularum aternaliter consistat, quam liberum ab Episcopali exactioe & inquietudine, ex apostolica libertate, & reverendissimi Archiepiscopi nostri Dunstani auctoritate.*

Dixi si non falsam esse evincere, saltem suspectam reddere hanc chartam exemptionem ipsam, quâ non tantum ab omni seculari causa liberum redditur coenobium *Croylandense*; sed etiam ab omni Episcopali inquietudine, ita ut nullus ecclesiasticorum, five Episcopus, five quis ejus vices gerens, in ipsum, vel ipsius Abbatem ullum unquam habeat dominium. Quo quidem ab episcopali jurisdictione libertatis genere, ante adventum *Nortmannorum*, *Anglorum* coenobia non gaudebant. Accedat dicundi juris planè absoluta, & *ἀνεπίσκοπος* potestas in *Undale* ejusque hundredo, qua donatus esse dicitur Abbas. A cujus sententia neque ad episcopum & vicecomitem, neque ad regem ipsum, neque ad ullam majorem minoremve personam appellare licebat. Huc adde voces phrasæque *Nortmannicas*: *Præter Christianitatem attinentium parochiarum. Telonium de tota WILLESHERE. Ad hundred de NORTMANNESCROS. Ad aquam de NEENE. Aqua de OPBETHE, &c.*

Hæc ex *Ingulphi* historia *Croylandensi*, qui non ut *Anglo-Saxo* natus, sed ut *Nortmannus*, vel *Anglo-Nortmannus*, *Saxonicarum* literarum rerumque imperitus nihil non scripsit: sic *Saxonicum CROYLAND, crudam & cœnosam terram* significare dicit.

Præsertim vero in describendis statutis & ordinationibus, quas *Turketulum* Abbatem in monasterio suo *Croylandensi* observandas dedisse scribit, omnia pro moribus *Nortmannicis*, & temporibus *Turketuli*, qui mortuus est anno Christi incarnati *DCCCCLXXV*, prorsus aliena tradit.

Etenim in iis recensendis, tertiæ classis monachos seniores, scilicet *quinguagenarios*, SEMPECTAS esse vocandos *Turketulum* statuisse dicit. cum tamen vox illa *Anglo-Saxonibus* ignota, in nullis instaurati monachismi regulis vel monumentis, ante conquestum occurrat; ne quidem in iis, quorum *Edgarus* & *Dunstanus* fuerunt auctores, quibus *Turketulus* erat cœvus. Id genus multa alia vocabula *Franco-Nortmannica* in *Turketuli* statutis *Ingulphianis* scripta leguntur: ut, *Pitanciarus. Garcion, Froccus.* Quibus adde *Indenturam*: in his: *Turketulus* quarto die lecto decumbens totum conventum in cameram suam convocavit, & coram omnibus Dominum *Egelricum* tunc provisorem suum statum domus tam in thesauris quam in jocalibus aliis jussit ostendere, & de universis post obitum suum per *INDENTURAM* conventui respondere. *Indenturæ* vero five *Chartæ indentatæ* non nisi post adventum *Nortmannorum* *Anglis* notæ erant. *Henricus Spelmanus* chartarum *indentationem* apud nos se non reperisse ante *Henrici III.* ætatem, qui regnare cœpit anno *MCCXVI*, & tunc quidem rariùs, scribit. Nos *indentatas* chartas alias protulimus *dissert. epist. p. 77.* quarum prima est *Stephani* Archiep. *Cantuariensis*, qui electus erat regnante *Johanne*, anno *MCC.VIII.* & diem obiit supremum anno *MCCXXVIII.*

Hæc Amicissime *OTTLEYE* ex historia *Croylandensi*. Quæ, cum aliis alibi à nobis animadversis, faciunt ut tantum non credam, aut *Ingulphum* falsarium & chartarum corruptorem fuisse, aut coenobium *Croylandense* historiam *Croylandensem*, ejus nomine honestatam in indocto sæculo orbi obrulisse.

Prodiit nuper *Londini* Liber *FORMULARE ANGLICANUM* inscriptus. In quo Auctor *THOMAS MADOX*, magna cum diligentia, nec minori judicio, vetustas diversi generis chartas secundum seriem temporum ab adventu *Nortmannorum*, & sub *XVIII.* titulis digestas & dispositas, in rei antiquariæ illustrationem, archivorum juris *Anglicani* honorem, ejusque studiosorum beneficium, fuique laudem edidit. In præfatione libri populares suos ad antiquorum instrumentorum studium magnopere ad-

hortatur. Illis præsertim, qui legibus nostris studendis operam navant, auctor esse velit, ut in antiquitatum Anglicarum studiis se diligenter exercent, quarum notitiam iis ad multas res utilem fore non sine ratione pollicetur. Id fecimus in Dissertatione nostra Epistolari, in qua plurimis argumentis, & præcipue exemplis multorum & monumentorum cognitionem, juris imprimis studiosis & professoribus idcirco contendere fore necessariam, quia admodum fructuosam. Quod de donatione terrarum sine scriptis dicit præfationis suæ p. 1. id corroborat quod scripsimus nostræ dissertationis epist. pagg. 83, 84. Nomina, sive appellationes, quibus *Anglo-Saxones* instrumenta donationum insignire solebant, notavimus dissertationis nostræ pag. 43. in marg. quemadmodum ille in suæ præfationis pag. 2. nisi quod appellationum numerus, quem nos dedimus, eo, quem ipse exhibuit, multo major est. Quod ille de *feudorum investitura* per symbola donationis scripsit, suæ præfationis p. 9. à nobis traditum est nostræ dissert. epist. pagg. 83, 84, 85. Quod de factione chartarum, aut factarum consignatione in curiis, quibus prædia donabantur, rectè observat præfationis suæ p. 24. nos non de donatione solum, sed de emptione & venditione terrarum, & de testamentorum factione passim in nostra dissertatione animadvertimus. Eandem chartam apud *Anglo-Saxones* duobus vel tribus codicibus confici esse solitam, & quo id ritu factum erat *dissertat. nostræ* pagg. 76, 77. ostendimus; quod ille pluribus verbis describit præfationis suæ pagg. 28, 29. De temporis notatione, in quo chartæ confectæ & consignatæ sunt multa (secus tamen ac ille in præfationis suæ pag. 30.) nostræ dissertationis pagg. 79, 80 scripsimus: alibi etiam & chartas multas *sine temporis designatione* confectas esse ostendentes; quod ille quoque in loco citato observat. Illa quæ ad *Ingulphum* redarguendum protulimus dissert. epistolari pagg. 74, 75. confirmat ille præfationis suæ p. 32. ubi probat in conficiendis suis diplomatis veteres *Angliæ* ex *Nortmannica* stirpe oriundos reges singularem non raro testem adhibuisse. Testamentum *Leofwini, Wulstani* filii, Saxonice factum An. Dom. DCCCXCVIII. quod primum exhibuit sub *titulo testamentorum*, id confirmat, quod tradidimus *dissertationis* nostræ epistolari p. 57. nempe in ordinandis testamentis morem instituendi curatores, sive administratos exequendæ ultimæ voluntatis, quos EXECUTORES vocamus, *Anglo-Saxonibus* non fuisse. Pagg. 77, 78. dissertationis epistolari, chartas *Anglo-Saxonico* ritu aliquandiu post *conquestum* confectas pluribus exemplis demonstravi. Idem ille etiam probat aliis exemplis *præfationis suæ* pagg. 27, 28. Verum ut in his sententiam nostram cum sua roborat: ita aliis in nonnullis à nobis forte differt, ut in præfationis suæ p. 3. ubi auctoritate *Ingulphi* fretus, vocem *forenssem* seu diplomaticam, *chartam* vel *cartam*, non usu receptam fuisse apud *Anglo-Saxones* se existimare scribit. Sed *Ingulphum* erroris arguimus in margine dissertationis nostræ p. 63. ubi duorum regum *Saxonorum* diplomata citavimus, quæ *cartæ* nuncupantur; quibus addi potest istud Eadgari R. cuius in fine sic legitur scriptum: *Anno dominicæ incarnationis DCCCCLXXVIII. Scripta est hæc CARTA.* Neque crede mihi, OTTLEYE, vel fingere animo possum *in charta* usu satis receptum non fuisse apud *Anglo-Saxones*, quibus *cartula* vel *kartula* maxime in usu erat. quod tamen ille affirmat, non nisi raro occurrere in codicibus donationum, qui *Anglo-Saxonum* temporibus Latine facti erant. *Cartula*, inquam, frequenter legitur in codicibus diplomaticis *Anglo-Saxonum*, præsertim in iis Ecclesiæ *Roffensis*, qui in *textu Roffensi* describuntur; & quorum exemplaria haud pauca in bibliotheca *Cottoniana* etiamnum consulenda extant. Quamobrem, me iudice, non obstare debet *Ingulphi* auctoritas, quo minus & diplomaticum istud *Carta* satis in usu *Anglo-Saxonibus* fuisse credamus. Siquidem *Croylandensis historici* scriptorem istum (sive is *Ingulphus* fuit, sive potius aliquis *Ingulphi discipulus*) in rebus *Anglo-Saxonice* hospitem, & in iis quæ antiquos *Anglo-Saxonum* mores spectant, errasse non loco in uno probavimus. Verum *Madoxus H. Spelmannum*, quem admodum ille *Ingulphum* secutus, videtur putare *Latina Anglo-Saxonum* diplomata, in quibus legitur *Carta*, non exemplaria esse habenda; sed *Saxonorum* exemplarium versiones *Latinas* post *conquestum* scriptas. Verum quo minus in hanc sententiam eam id facit, quod membrana *Cottoniana*, quam citavi in *dissertationis epist.* p. 63, *originalis instrumenti* speciem præ se omnino ferat; videatque, si velit, *Madoxus*, an *Eadgari* illam, quam ille exhibet libri sui p. 174, in *Eadgari* temporibus scriptam esse manus non ostendat? ficta quidem charta esse potest; sed esse *Latinam* è *Saxonico* conversam ut credam, à me non possum impetrare.

Collatis,

Collatis iis, quæ de chartis Anglo-Saxonum scripsimus, cum *Madoxii formularum* libros illa etiam conferenda censemus cum libris *de re diplomatica*, quos scripsit *Joh. Mabillonius*; quocum ut in multis convenimus; in nonnullis etiam dissentimus.

In lib. primi c. i. de veterum instrumentorum ratione, formulis & auctoritate agens magnam illum à re publica gratiam initurum dicit, quisquis certas & accuratas conditiones ac regulas tradiderit, quibus instrumenta legitima à spuriis, ab incertis ac suspectis certa & genuina fecernantur. Quapropter, OTTLEYE, me in colenda materia, & argumento non vulgari tractando laborasse gaudeo, quo, si de Re nostra Publica bene non meritus sum, saltem studui bene meruisse. Etenim multo veterum chartarum, atque archivorum nostrorum usu, perinde ac linguarum antiquarum scientia instructus *Canones*, seu potius criteria nonnulla dedimus in *dissertatione epistolari*, quibus in re nostra diplomatica vera à falsis, certa & indubitata ab incertis, & supposititia ac interpolata à genuinis ac simplicibus distingui posse existimabam. Hos canones vel regulas cum sparsim, ubi de singularibus forte instrumentis à me agitur; tum in peculiari commentatione de *donationibus Anglo-Saxonum* tradidimus. Ad quos tanquam ad tot indices, chartas haud paucas revocatas, damnavimus alias; earum alias vero liberavimus.

In laude ergo nostra, quantumvis exigua, ponatur, me rem arduam, & antehac propemodum intactam tractasse, meoque exemplo iis prævisse, qui nostros defectus supplere volentes, erroresque emendare, ad spartam hanc sælicius exornandam tandem aliquando surrecturi sunt.

Quæ in lib. i. cap. ii. scribit *Mabillonius* de *Pariclis*, sive chartis *Pariculis* veterum *Franco-Gallorum*, maxime cum iis conveniunt, quæ pluries observavimus in *dissert. Epist.* scilicet idem instrumentum eodem tenore in duobus vel tribus membranis scribendi morem fuisse apud *Anglo-Saxones*. In eodem loco ostendit ex *pariclis*, *indentatarum* chartarum natam esse originem, iisque successisse apud *Franco-Gallos*. A quibus valde probabile est *Franco-Nortmannos*, quos *INDENTURARUM* auctores apud *Anglos* fuisse^b diximus, primum illarum usum recepisse. Quod vero vir maximus chartas *indentatas* sæculo nono apud *Anglos* in usu fuisse scribit, in eo *Ingulphi*, seu *malis*, *Pseud-Ingulphi* autoritate fretum errasse supra probavimus.

In eodem cap. ne ex coenobiorum & ecclesiarum archivis sæpius *autographa* efferre necesse esset, notat inventos fuisse duos libros, qui autographorum vice fungerentur. Horum primus fuit codex *CHARTULARIUM* vel *CHARTARIUM* dictus, in quem diplomata, aliæque chartæ integre referebantur, aliquando in *rotulum* redactæ. Alius fuit liber *CENSUALIS*, *POLYPTYCHUS* dictus, qui ecclesiæ, seu monasterii prædia annuosque census summam exhiberet. Id genus vetustissimum librum censualem habere coenobium *S. Germani à pratis* dicit, sibi que *polyptycha* antiquiora videri *chartulariis*, ex quibus nullum invenit conditum ante sæculum X. verum è tot tantisque mss. naufragiis, quæ *Anglia* nostra passa est, nullum, quod scio, decimi ævi *chartarium*, nullusque omnino *polyptychus* liber restat ante adventum *Nortmannorum* scriptus. Habuisse tamen ante illud tempus id genus censuales libros, qui in illorum archivis perdiu extiterunt, monasteria vetera *Anglo-Saxonum*, nulli dubium esse potest, qui consideraverit magnam chartarum segetem, quas post *conquestum* monachi ubique commenti sunt; quas tamen illos comminisci potuisse absque istiusmodi monumentis, aut chartis autographis, quæ fugientibus literis laceræ restabant, fidem omnem superat.

Quæ de donationibus terrarum apud *Anglo-Saxones* sine scripto tradidimus *dissertationis epistolari* p. 83, 84, confirmat ille libri sui primi cap. v. p. 21. Præterea quæ de conficiendarum chartarum antiquitate apud *Anglo-Saxones* contra *Joh. Marshamum* ille scripsit, pluribus chartarum exemplis corroboravimus *dissert. epistolari* p. 79. Verba *Marshami* in propylæo *Monastici Anglicani* hæc sunt: *Cautè itaque intuendæ sunt istiusmodi chartæ, quæ fidem habent eo minorem, quo majorem præ se ferant antiquitatem. Rudis olim & iners gens nostra absque scripto donationes conferre solebat. Ex Beda sane non constat scripturam adhuc illius ætate in transferendis prædiis, aut concedendis privilegiis usurpatam esse.* Contra autem loco citato *Æthelberhtum I. R. Cantuarorum*, *Sebbi R. orientalium Saxonum*, *Lotharium & Witharedum RR.* etiam *Cant.* septimo sæculo terras scriptis de-

diffe commonstravimus. Hunc etiam *Marshami* errorem ex *Bede* ipsius epistola ad *Egbertum* refellit *Mabillonius*, ad cuius ^a verba mitto lectorem.

In lib. I. cap. VIII. de veteribus instrumentis in membrana scriptis duo observanda dicit vir clarissimus. I. *Aliquando unum idemque instrumentum duabus constare membranis simul confutis.* Sed inter diplomatum, testamentorum, idque genus Instrumentorum reliquias, quæ *Latine*, vel *Saxonice* antequam adventum *Nortmannorum* scripta apud nos supersunt, sive ea autographa, sive apographa sunt, ne quidem unum mihi videre contigit, quod in duabus pluribusve membranis confutis, aut alio modo conjunctis exaratum est. Alterum est, *Paucas admodum, sed tamen aliquas reperiri chartas OPISTHOGRAPHAS.* i.e. quæ scripturam præferant in posteriori, seu aversâ parte. Contra autem è chartis *Anglo-Saxonum*, tum *Latinis* tum *Saxonis* multæ cernuntur, quæ in tergo seu aversa parte exarata scripturæ portionem, cum consignantium testium nominibus contineant. Id genus haud paucæ extant in chartarum Sylloge magna *bibl. Cott.* Augustus A. 2. Ut & inter eas, quas collectas magno rei antiquariæ beneficio servat honorificè mihi semper nominandus vir ille summus Honorabilis dom. JOHANNES dom. SOMERS, Baro de *Evesham*, non solum juris scientia, sed humaniorum literarum, veterumque instrumentorum cognitione celeberrimus.

Variam vero materiam quod attinet, in qua diplomata, librosque suos *Anglo-Saxones* scribere solebant, una illa eademque videtur fuisse, nempe *Membranacea*. Nihil enim ab illis exaratum vidi in *Corio* vel *pellibus piscium*; multo minus in peregrina materia, ut in *corticibus ligneis*, vel *papyro Egyptiaca*, de quibus multa *Joh. Mabillon.* I. I. cap. VIII. Præterea quoad materiam, quâ instrumenta *Anglo-Saxonum* scripta sunt, ea ex iis, quæ supersunt, solum *Atramentum* esse videtur. Nihil enim instrumentorum, quod verum & genuinum est, in rubris, viridibus, aut splendentium colorum literis ab illis scriptum conspexi. Adeo in splendentibus literis integra exarare diplomata illis mos non erat, ut vel in subscribendis nominibus, aut pingendis crucis signis, *minio*, aut *argenteo*, *aureove liquore* usos esse illos ego minime censeam, qui tot illorum *chartas* explorante oculo inspectas diligenter animadverti & scrutatus sum. Verum *Johannes Mabillonius* *Carolus Calvus* insigne diploma, non solum *aurea bulla*, sed etiam *rubris* literis munivisse lib. I. c. x. scribit. Sed Imperatorem hoc fecisse suggerit, non tam ex more *Francorum*, quam quod *Græcas* sectaretur glorias, qui modo *Francico*, modo *Græcanico* habitu utebatur. De cætero se nullum apud suos vidisse instrumentum *rubricatum* ait, præter chartam *GALTERI* cujusdam militis datam anno *MCLXXXIV.* cujus prima litera *N* *minio* scripta est.

Porro neque *aureo* vel *argenteo* liquore, quod supra dixi, in scribendis diplomatis usi sunt *Saxones* nostri ante tempora *Nortmannorum*. Perinde neque *Mabillonius* ex auro scripta ab antiquis *Francis* vel *Franco-Gallis* ulla profert. Sed aureis exaratum literis diploma quoddam *Ariperti* Longobardorum Regis fuisse, testante ^b *Paulo Warnefridi*, dicit; & ex ^c monastico *Anglicano* *Eadgari R. Anglorum* diploma *aureis* characteribus scriptum citat, quod nos meritò damnavimus *dissert. epist. p. 82.* Ubi nunquam non suspectas esse habendas chartas *Anglo-Saxonum* esse putatas ostendi, quæ rubris aureisve literis, vel rubris aureisve crucis signis splendentes imperitorum oculos delectant.

In cap. XI. libri I. Ubi de veteris scripturæ variis generibus agit vir antiquariæ artis peritissimus, *Romanam* duplicem esse dicit. Una constabat literis majusculis, quæ *unciales, grandes & quadratæ* ab antiquis appellatæ sunt. Alia constabat *minoribus* literis, licet ejusdem essent formæ cum uncialibus, non tamen ejusdem magnitudinis. Hinc *minutæ* literæ apud veteres dictæ, imò, ut quibusdam placet, *minutissimæ & rotundæ*; quæ scilicet ob celeriore scripturam conformatæ essent. Hæc duo scripturæ genera in usu erant ante mille, imò ante nongentos annos apud nostros *Anglo-Saxones*, qui à *Romanis* ad fidem Christianam conversi, cum religione salvifica *Romanas* literas, *Romanumque* scribendi genus acceperunt. Operosâ *uncialium* scripturâ in exarandis librorum inscriptionibus, primisque forsan & secundis paginis describendis utebantur, deinde usque ad fines librorum minoribus literis ejusdem formæ cum uncialibus utentes; ut videre est in *Latinis* codd. mss. *Evangelg.* præsertim *Licetfeldensi*; in *Cottoniano* interlineato cum versione *Dano-Saxonica*; & *Rushworthiano* *Oxonienfi* cum

a De re diplomatica, p. 18. b In Hist. Longobard. lib. 6. c. 28. c Tom. I. p. 211.

Dano-Saxonica versione pariter interlineato. Tertia etiam multo minutior à celeriter scribentibus usitata erat apud vetustiores *Anglo-Saxones*, quam, cum rudior esset, & lectu difficilis, in elegantiorē & magis delectabilem & politam manum reformavit, testante *Croylandensis* historię scriptore, Rex *Ælfredus*, Romano sui temporis Gallicoque scribendi more institutus, quemadmodum ostendimus *Gramm. Anglo-Sax.* cap. XXII. & *dissert. epist.* pp. 65, 66. Romano scripturę genere usos esse ad fidem conversos *Anglo-Saxones* dixi, quę tamen nonnihil veteris characteris *Runic* habebat intermixtum, quo ut videtur nondum conversi in scribendo utebantur. Sic in specimine scripturę vetustissimi Cod. *Licetfeldensis*, quod exhibuimus *Gramm. Franco-Theotiscę* p. 4. nonnulli *Runicę* formę characteres cernuntur.

Libri II. c. XXII. p. 169. apud *Anglos*, tam Reges, quam Episcopos, ac privatos homines ante *Wilhelmum* Conquestorem signo crucis usos esse ostendens, cruces aureas manibus regum depictas in principiis Instrumentorum aliquando fuisse positas, auctore *Matth. Parisio* in vitis Abbatum *S. Albani*, probat *Mabillonius*. Verba *Matthæi*, quę citat, hæc sunt: *Cumque inspicerentur Regum Anglicanorum Officę scilicet ac ceterorum scripta, in quibus pro sigillis novo more dependentibus, veteri consuetudine, cruces aureę manu regum depictę in principio positę erant, &c.* Verum, auctore *Parisio*, qui *Saxonica* linguę & antiquitatis expertus & ignarus erat, à sententiã discedere non possum, quam *dissert. epist.* p. 82. mihi infidere animo declaravi: scilicet semper pro suspectis habendas esse *Anglo-Saxonum* chartas, quę aureis crucis signis nitent. Etenim OFFER. aliorumque haud paucorum regię dignitatis apud *Anglo-Saxones* inspexi chartas; sed exceptis iis, quas commentitias esse constabat, plane nullam contigit mihi videre, quę in initio depictum minio aurove crucis signum habebat.

Ex eodem loco, quę sequuntur exscribenda propterea duximus, quod quę *dissert. epist.* pp. 63, 77, 78, à nobis, pluribus exemplis probata sunt, confirmant. Hanc demum signi crucis subscriptionem mutavit *Wilhelmus* Conquestor, referente *Ingulpho* Abbate in historia *Croylandensi*. Nam *Chirographorum* (sic diplomata vocabant) confectio-nem Anglicanam, quę antea usque ad *Edvardi* tempora fidelium presentium subscriptionibus, cum crucibus aureis, aliisque sacris signaculis firmę fuerant, *Normanni* condemnantes, *chirographa* chartas vocabant, & chartarum firmitatem cum cerea impressione per uniuscujusque speciale sigillum sub instillatione trium vel quatuor testium adstantium conficere constituebant. Et tamen postea idem *Wilhelmus* signo crucis usus est, ex ^a *Orderico Vitali*, & ex *Monastici Anglicani* ^b Tomo I. tum *Henricus* primus R. Anglorum anno M.CXIII. chartam pro *Uti-censibus* monachis signo crucis signavit cum aliis, teste eodem ^c *Orderico*. Eiusdemque diploma signis crucis munitum refertur in eodem Tomo ^d *Monastici*. Item *Henricus* secundus in quodam diplomate quod refertur in *Monastici Anglicani* ^e Tomo III. Has donationes confirmavit, & cruce signavit *Henricus* rex, & *Mathilda* regina, & quidem regio sigillo, ut puto, insuper adhibito. Apud ^f *Matthæum Parisium* *Robertus* Abbas *S. Albani* ad literas de ejus subje-ctiōne erga *Episcopum Linc.* sibi objectas respondet: se quidem literas istas nec scripsisse nec scribi iussisse, nec crucem antepositam propria manu annotasse. Quod argumento est crucis signum etiam tunc, id est, sub finem sæculi XII. in subscriptionibus usitatum esse. In *dissertatione epist.* p. 79. annum *INDICTIONIS* semper solum, aut tantum non semper solum, in datione chartarum septimi sæculi adhibitum fuisse dixi. Quam meam conjecturam à *Mabillonio* in operis sui *de re diplomatica* p. 178, invenire confirmatam gaudeo: *Indictionis* usus Romanis ab initio, i. e. à tempore *Constantini*; apud *Anglos* à missionē *Augustini* per *Gregorium* magnum; à *Caroli* magni imperio invaluit apud *Francos*. qui etiam primus omnium regum *Franco-Gallorum* secundę stirpis, anno incarnationis usus est in epistolis suis, ut ex epistola ejus quę capitulis ad legem *Longobardicam* anno DCCCi. præfixa est, præstantissimus ille vir probat operis sui p. 189. F. *Karolus* divino nutu coronatus est, &c. anno ab incarnatione Dom. nostri *Jesu Christi* DCCCi. *Indict.* IX. Anno verò regni nostri in *Francia* XXXIII. In *Italia* XXVIII. *Consulatus* autem nostri primo.

In *dissert. epist.* pp. 79, 80, plurium diplomatum testimoniis annum incarnationis apud *Anglos* ad *indictionis* annum accessisse, exeunte septimo, vel inito octavo sæculo ostendimus. Quod idem, vir doctissimus *Gallię* maximum ornamentum suo calculo comprobatur in operis sui p. 208. ubi sic scribit. Quo tempore *Anglię* reges diplo-

a Lib. 6. p. 602, 603. b. P. 230. c Lib. 11. p. 840. d P. 161. e P. 7. f In Vitis Abbatum p. 49. col. 2.

matibus suis annos incarnationis apposuerint, non constat inter eruditos. ^a Spelmannus existimat defuisse chartis, & privilegiis VII sæculi, quemadmodum in epistolis sancti Gregorii, & in diplomatibus regum Franciæ. At regibus Anglicanis longè prius quam Romanis pontificibus, & regibus Francorum hunc calculum venisse in morem pro comperto esse debet: nec valet alterorum ad alteros comparatio. Annos incarnationis ante venerabilem Bedam in diplomatibus locum raro aut nunquam habuisse veri simile est. Wihredus quippe tantum regni sui annos cum indictione adhibet apud ^b Spelmannum. At sæculo octavo tritus esse cepit calculus ab incarnatione, ut patet ex diplomatibus relatis ab Ingulpho, Dubleto, & aliis. Atque ut præteream concilium Cloveshovienſe, cui præſigitur annus dominicæ incarnationis ^c DCCCLVII. ſicuti Celichitenſi ^d annus DCCCXVI. Certe in Celichitenſis cap. IX ſtatuitur, ut unusquiſque Episcoporum debeat deſcribere iudicium illud, quod in qualicumque ſynodo conſtitutum eſt, vel ad illius parochiam pertineat, ut & cum ratione & ordine deſcribat, QUALIS ANNUS DOMINI computatur. Cum ergo in chartis apud Ingulphum alioſque relatis legamus annos incarnationis à ſæculo octavo; non minus in Regiis, quam in Episcopaliſ actis hunc ritum viguiſſe dicendum eſt.

In Diſſert. Epist. p. 23, 24, 25, 26, &c. de ratione & origine cognominum apud Anglos, & de tempore quo primum nominibus addi cœperunt, diſſertavimus. Ille pariter tempus, quo cognomina obſinuerunt apud Francos; & undenam peti atque imponi ab illis ſolerent in libri ſui II, cap. VII, ſolenter inveſtigavit. Quo in capite quæ ab illo dictæ ſunt, cum iis, quæ de hac materia ex noſtræ nationis vetuſtis monumentis ſcripſimus, per otium cum licuerit, ſi contuleris, OTTLEYE, id Te & cum delectatione, & cum fructu facturum audeo Tibi ſpondere.

Deniq; quoad regulas, quas in veterum instrumentorum cenſura obſervandas tradit ^e Mabillonius, eas rite explicatas comprobo, & amplector omnes; utpote quas ipſe in examinandis chartis veteribus noſtris, quarum nonnullas damnavi, operam dedi obſervare.

Nam PRIMO concedo Magna prudentia ac moderatione opus eſſe doctis viris, qui vetera instrumenta legitime examinare velint; nec cuivis in re antiquaria ut ut erudito, id temere tentandum. Sed ex parte altera etiam cavendum eſt ne doctiſſimi viri exemplum ſequentes, ſub prudentiæ, moderationis, & æquitatis prætextu instrumenta falſa aut corrupta liberemus, quæ merito damnari debent: ſequentes, inquam viri doctiſſimi exemplum, qui in lib. III. cap. II. contra fortiſſima quidem argumenta cum argumentorum umbris, Dagoberti de immunitate Monasterii S. Dionyſii diplomatis Dubletianum exemplar, tanquam verum & genuinum, æquitatem & moderationem obtendens, propugnat.

II. Semper cum favore iudicandum eſſe, ubi res longâ poſſeſſione firmata eſt, ut leges civiles & canonicæ præcipiunt. Verum regula hæc OTTLEYE iudicem forenſem præcipue, & quæ forenſem ſpectat. Qui non obſtante charta donationis, quam forſan ut antiquarius ſpuriam corruptamve eſſe noſcit, res tamen in eâ datas, ſive mobiles, ſive immobiles, propter uſucapionem, vel longi temporis præſcriptionem, aliamve juſtam acquisitionis cauſam, reo in juſ ab actore vocato adjudicare, & jure confirmare poteſt. Monachi enim aliquando neceſſitate adacti, ad propugnandas, quas ſine ſcriptis datas longo tempore poſſeſſerunt terras, diplomata, ut poſſeſſionis cauſas, quas adverſarii poſcebant, ſine ullo dolo malo, quia ſine alterius damno aut injuria, fingebant. Ad tutandas etiam terras ſcriptis datas, quæ tamen caducitate ſua, vel gravi aliquo caſu, ut bello, vel incendiis periſſent, diplomata citra tamen crimen falſi, aliquando machinabantur. Quæ ſanè diplomata, etſi ab antiquario ut commentitia & ſpuria rejicienda ſunt, quippe quæ quoad formam mera figmenta ſunt; tamen cum veræ eſſe conſtant quoad materiam, iudex forenſis, nulla fictionis habita ratione, pro rerum vere donatarum dominis, qui, tantum ad ſe ſuaque defendenda contra malorum injurias, chartas effingebant, ſententiam ferre debet. Id genus figmentum Ingulphianam chartam foundationis cœnobii Croylandenſis eſſe exiſtimo, quam monachi fundatoris ſui nomine Æthelbaldi R. Merciorum ad id à Nortmannis chartas requirentibus coacti comminiſcebantur. Nam Nortmanni, qui pro ſuo ſatis imperio aliam ferme nullam poſſedendi terras juſtam cauſam præter chartas à Monachis accipere voluerunt, Chartas, inquam, Chartas ab iis poſtulabant. Qui igitur alio pacto prædia ſua propugnare neſcientes, aut novorum dominorum

a Conc. Tom. I. Pag. 125. b Ibid. p. 193, 198. citior Tomum I. pag. 230. d Ibid. 327. e Libro c Non DCCCLVII ſed DCCXLII. vide Spelmanni Con- III. capite VI.

injurias propulsare, illos facile commentitiis instrumentis, sine fraude tamen decipiebāt. Verum progrediente tempore à machinandis instrumentis, quibus aliorum injurias vitabant, procefferunt ad fingendas & corrumpendas chartas, quibus aliis injurias faciiebant. chartas nimirum privilegiorum, quibus se à potestate regum & episcoporum immunes esse voluerunt. Id genus esse constat chartam ^a INÆR. quam ad cœnobium suum liberandum à jure, quod in illos habebat Episcopus *Fontanensis*, Monachi *Glastonienses* post Conquestum commenti sunt. Præterea exemplaria chartarum tam verarum, quam quæ fictæ fuerant, *privilegiorum, immunitatum & exemptionum*, clausulas adjiciendo ampliaverunt, & vitiaverunt. Cujusmodi technarum haud pauca in Archivis *Angliæ* supersunt exempla.

Longe hic plura dicenda forent, *Colendissime mi OTTLEY*, si controversiæ, quam cum *Papebrochio Mabillonius* de vetustorum instrumentorum privilegiis habuit, me intermiscere liceret. Qui in antiquitatibus *Franco-Gallicis* hospes cum sim, istius litis competens iudex nec esse, nec haberi possum. Præeunte tamen ^b *Baudeleto* domino *Daimalensi*, qui à *Papebrochii & Petiti* partibus stat, liceat mihi pace maximi viri dicere, illum de immunitate Monasterii Dionysiani *Dubletianum* diploma male defendisse, tum quod affirmat id *Thuanei*, à quo immane quantum differt, ratihabitionem, & confirmationem esse; quod quidem de corrupto quovis diplomate dici potest; tum quod *Marculfi* formulam tertiam, quæ ^{*} EMUNITAS Regia inscribitur, æque disciplinae Ecclesiasticæ repugnantem esse dicit, ac *Dubletianum* exemplar diplomatis *Dionysiani*; tum denique quod ad vindicandam *Dubletiani* exemplaris clausulam, quæ *Dionysianum* cœnobium à Regia & Episcopali auctoritate immune declaratur, appellat ad privilegium chartæ, quam ^c Edwardus R. concessit *Westmonasterio*, eo pacto:

Ut

^a Monast. *Angl.* Tom. I. p. 13. ^b De l' utilité des Voyages Tom. II. pp. 440, 441, &c. ^{*} *Emunitas* hæc nihil aliud est, quam id genus chartarum una, quibus Reges *Anglo-Saxonum* privilegia forensia Episcopis concedere solebant. Scilicet ut in terris suis haberent SAC & SOC, GRIÐBRYC, HAMSOCN, &c. Sic hac immunitatis formula indulgetur Episcopo, ut ipse & ejus successores villis Ecclesiæ soli valeret dominari, & ut præter illos nemo ingrederetur ad audiendas causas, aut ad *fredam* de qualibet causa exigendam, &c. *Statuentes ergo jubemus, ut neque vos, neque juniores vestri, aut successores, neque ulla publica judiciaria potestas quoquo tempore in villas - - - Ecclesiæ ad audiendum altercationes ingredi, aut fredam de aliqua causa exigere, vel mansiones, vel paratas tollere presumat.* Quid hæc ad *Dubletianum* monasterii S. *Dionysii* privilegium, quo *Dagobertus R.* non se solum & successores suos, sed Episcopos & Archiepiscopos legitima in monachos spoliavit potestate. Verba sunt: *Jubemus atque constituimus, ut neque nos, neque successores nostri, nec quilibet Episcopus, vel Archiepiscopus, nec quicumque de Judiciaria potestate accinctus in ipsam Sanctam Basilicam vel immanentes in ipsa, nisi per voluntatem Abbatis & suorum monachorum ullam unquam habeat potestatem. Sed sit hæc sancta mater, Ecclesia videlicet peculiaris nostri domini & magni Dionysii, libera & absoluta ab omni invasione, & inquietudine omnium hominum cujusque ordinis, vel potestatis esse videantur.* ^c Ad chartam hanc, quam *Reynerus Apost.* *Benedict.* p. 60, secundam; & *Henricus Spelmanus* I *Vol. Conc.* p. 632. tertiam *Edwardi* chartam vocat, perperam appellat vir doctissimus. Siquidem clausula immunitatis, qua ab episcopali potestate monachi *Westmonasterienses* eximuntur in diplomate, quod confectum esse dicitur, exeunte fere undecimo sæculo ob ficta chartarum privilegia famoso, ad corroborandam id genus clausulam diplomatis, quod septimo sæculo datum esse legitur, nullo argumento adhiberi potest etsi ab omni dubio & suspitione, quam quod maxime, tam remotum esset. Verum enimvero charta hæc (quemadmodum & duæ aliæ, quas *Spelmanus* primam & secundam S. *Edwardi* confessoris vocat, eodem loco & tempore datæ esse dictæ) adeo certa non est, ut jure meritoque in dubium vocetur; & corruptionis, si non falsitatis suspitione laborare quis eam

sine temeritate affirmare potest. Etenim fere nihil non in ejus stylo *Nortmannica* tempora sapit. E. gr. fabulosa illa historia dedicationis Ecclesiæ *Westmonasterienses* per ipsum B. *Petrum* Angelorum satellitio stipatum, *Bede*, quamvis miraculorum facile scriptori, prorsus ignota, prout traditur à monachis *Anglo-Nortmannicis*, à rege *Eadwardo* recitatur. *Bullatæ* pontificis *Romani* literæ ad regem datæ esse dictæ *Bulla* *Papæ Nicolai* in ipso diplomate inscribuntur. propter quod, ne in suspitionem charta veniret, *Reynerus* eas *Rescriptum Nicolai Pontificis ad regem* in margine inscripsit.

In exordio Epistolæ Regis ad Pontificem sic legitur: *Eadwardus dei gratia Anglorum Rex Summo universalis Ecclesiæ patri Nicolao debitam subjectionem, & OMNIMODUM SERVITIUM.* Quod ne epistolam suspectam redderet, *Reynerus* OMNIMODUM SERVITIUM in OBEDIENTIAM convertit. Propterea quod sciebat pontificem *Romanum* verbis adeo officiosis salutandi regibus nondum morem fuisse. In rescripto *Papæ* leguntur voces *Nortmannicæ, Barones, & Advocatio ecclesiarum, ut jus patronatus* in communi jure *Anglo-Nortmannico* post Conquestum dici cœpit. Adde quod *Leo* *Papa* vocatur APOSTOLICUS, quemadmodum & APOSTOLUS in prima charta: regisque ista: *Ter beati Petri, de tres heureux Pierre; Parentum meorum, des mes parents; phrasés Gallo-Nortmannicæ* sunt. Huc etiam adde, quæ de *Westmonasterio* loquitur Pontifex, quia regia antiquitus sedes est, --- concedimus ut amplius in perpetuum regie constitutionis & consecrationis locus sit, atque repositoryum regaliū insignium: & quod precatur Deum, ut regem confirmet in paterno Solio, & propria hereditate, qui tamen regni *Anglicani* hæres non erat. Huic concinit illud primæ dictæ chartæ non minus in suspitionem vocandæ: *Adeo ut periclitata sit hereditaria regum successio: & Ne forte in via deficerem hæreditariis regibus Angli carerent.*

Præterea chartam in suspitionem merito inducit, quod *Papa* dicitur concessisse regi & posteris suis non solum Ecclesiæ *Westmonasterienses*, sed omnium totius *Angliæ* ecclesiarum advocacionem, ut vice sua in concilio episcoporum, & abbatum, quæ justa sunt, constitueret. Porro neque prætereundus est militis titulus, quo quatuor ultimi testes, qui chartæ subscripsisse dicuntur,

Ut neque nos, neque successores nostri, nec quilibet Episcopus, nec quicumque de judiciaria potestate in ipsam Sanctam Basilicam, vel in manentes in ipsa ullam unquam habeat potestatem.

III. Non ex sola scriptura, neque ex uno solo characterismo, sed ex omnibus simul, de vetustis chartis pronuntiandum. Sed hic maxime cavendum est, ne chartam plures characterismos habentem, unum solum habere dicamus ad auctoris hujus regulæ exemplum, qui in Cap. VII. Lib. I. vindicare volens Ingulphianas Æthelbaldi & Eadredi chartas, in quibus Monachorum NIGRORUM fit mentio, sic scribit: *vocem NIGRORUM additam indubitanter existimo, non ab ipso quidem Ingulpho, ut verisimile est, cujus tempore necdum recepta fuisse videtur; sed à recentiori quodam monacho; quem in excipiendo istis diplomatibus vocem illam temerè adiecisse, non minùs temerè arbitratur.* Nam diplomata ista pluribus characterismis esse commentitia, *dissert. epist. p. 66, 67, 68, & 73, demonstravimus; ut & supra in hac præfatione, quo remitto lectorem.*

IV. Unum aut alterum defectum, modo essentialis non sit, legitimis autographis obesse non debere. Hujus etiam regulæ incertus utique sensus tantisper erit, dum inter rei di-

more etiam Anglo-Normannico se consignantes insigniebant. Quamvis enim Lonæ fidei diplomata ante adventum Normannorum coniecta, quæ ab aliis falsitatis aut suspicionis notis immunia sunt, Miles subscriptus, quod *Sitkendum hominem*, Saxonice *þiscundman*, vel *þeþiscundman*, exercitus ductorem, significare potest, per se non afficit; in judicandis tamen Anglo-Saxonum chartis, quæ aliunde vocantur in suspicionem, pondus suum habet.

Displicent quoque ista ob eandem rationem ab Anglo-Saxonico foro, styloque diplomatico aliena: *Reinbaldus regis cancellarius regei & sigillavi. --- Ego Alfgæatus notarius ad vicem Reinbaldi regia dignitatis Cancellarii hoc privilegium scripsi & subscripsi.* Quinetiam neque veri speciem præ se fert, regem Eadwardum tribus simul diplomatibus Ecclesiæ Westmonasteriensis ab integro instauratæ, eodem solenni loco & tempore datis, privilegia munivisse. Quorum secundum, tertiumque, demptis Regis Papæque literis, fere idem sunt, ut quæ datum exemptionis privilegium in profus eadem verborum formula scriptum concedunt. Præterea Wulficus, Sywardus, Godricus, quorum quisque tertio diplomati, ut supra observatur, testimonium adhibere dictus, se MILITEM (hoc est equitem, Saxonice & Normanno-Saxonice *Riþen*) appellat: secundum consignantes, quasi titulum istum alpernantes, simpliciter subscripsisse cernuntur. Integra etiam paragraphe tertii diplomatis, quam lunulis notatam uncis inclusit Spelmannus, apud Binium desideratur, qui aut eam præterire voluit, aut ab exscriptore scienti forte præteritam non describere voluit, qui eam prætermittendam duxit, quod sequiora sæcula oleret. Charta quoque, quæ in Spelmanni Conc. Vol. I. prima dicitur, primam utique non fuisse ista ostendunt: *Novam à fundamentis basilicam construxi, & constructam dedicari feci. v. Calend. Januarii.* Quam tamen AD ULTIMUM & cætera quæ sequuntur ad finem secundæ chartæ his interclusa notulis †† subjunguntur in fine chartæ primæ, quasi partes ejus essent.

Hæc omnia quamvis animadvertere non possent non Reynerus & Mabillonius, filere tamen voluerunt, quod per chartarum istarum, præsertim per tertiæ existimationem, ab aliis ea sciri non liceret. Quapropter etiam secundæ chartæ, quæ, quoad exemptionis privilegium à rege concedi dictum, quum verbis, tum re cum tertia convenit, nullam mentionem seu hic, seu ille fecit. Insuper hic, quænam charta Eadwardi illa esset, quam citabat; quonamve in codice, archiove quærenda esset; vel denique quis regum omnium istius nominis, qui Angliam tam ante, quam post adventum Normannorum rexerunt, Eadwardus ille erat, qui chartam exemptionis ab episcopali potestate Monasterio Westmonasteriensis dedisse perhibetur, dicere prætermisit; plane quod illius data opera id erat celare, cujus non intererat notum facere.

Hæc de tribus chartis, quas eodem loco, nempe in Westmonasterio; eodemque tempore, scilicet v. Kal.

Januarii, die SS. Innocentium, anno dom. incarn. MLXVI, indictione tertia, annoque regni sui vigesimo quinto S. Eadwardus Confess. Ecclesiæ Westmonasteriensis dedisse fertur. Quas quidem omnes post Conquestum Monachos Westmonasteriensis finxisse, tribus ab aliis chartis, quas idem rex eidem Ecclesiæ, eodemque loco & tempore dedisse dicitur, inducor, ut procul omni dubio credam.

Harum UNA in archivis Ecclesiæ Westmonasteriensis extat, ejusdem plane tenoris cum tertia Spelmanniana. Sed tamen ab ea in multis differens; præsertim in hoc, quod amplior, & auctior, multis additis, est, speciatim his, quæ sequuntur.

Nomina Consuetudinum Anglice præcepi ponere. *Sci licet Munþyþce. Pophþyþce. Miskænninge. Sceapinge. Hlæstinge. Fþyþokne. Flymenapþymþe. Þeþgelþeþof. Uthleap. Fopþænge. Fþyþange. Fþyþþre. Fihþþyþe. Þeapþyþe. Hængeþyþe. Hamþokne. Fopþtall. Infangeneþeþof. Saka. Socna. Tolþ Team. --- Comitum, vicecomitum, procuratorum, seu aliorum regum clientium, vel alia qualibet magna, vel parva persona, passum, censum, vel impensionem castrorum, vel pontium reedificationem, Xenia, seu munuscula, vel aliud quidlibet ab ecclesia illa, vel à terris ad eam pertinentibus, per vim, aut per consuetudinem exigat. Non opera, non tributa, vel expeditiones ad se trahat; sed exclusa penitus exactione vel angaria cunctarum consuetudinum, omnia sicut in manu mea habueram, melius, plenius, & liberius, ita cum omnimoda libertate sunt concessa eidem ecclesiæ in terra & in aqua, in urbe & extra, in domo & extra, in villa & extra, in Placito, in Soka et Saka, in Theloneo, in furis apprehensione et emissionem, in Sanguinis effusione, &c.*

Hanc ergo cartam meæ donationis & libertatis in die dedicationis prædictæ Ecclesiæ recitari jussi coram, &c. Idoneos testes annotare, atque sigillo nostro jussi sigillare.

Sigillum vero ab hac charta pendet per funiculum tortum bombycinum coccinei coloris, qui membranam in scriptura penetrat: & summo margini confutam etiam cernitur fimbria, vel lacinia involucri bombycini, super quod carta circumplicari solebat. Quæ omnia novitatis aut sequioris sæculi, & proinde falsitatis, signa sunt.

Præterea post nomina testium scribitur aliena manu, alioque atramento; *Consentientes subscripsimus. Stabilita apud Westmonast. An. dom. Incarn. M. LXVI. &c.*

ALTERA, non ita pridem bibliothecæ Hattonianæ peculium, habetur impressa in *Monast. Angl. vol. I. p. 59.* quam quatuor ultimi testes, qui in tertia Spelmanniana, militis titulo insigniti cernuntur, nominibus suis simpliciter scriptis consignasse ostenduntur.

TERTIAM in bibliotheca Cottoniana, quæ jam clausa est, me vidisse memini magno sigillo pendente munitam. In cujus fine tempus, locusque datæ chartæ in simili, si non profus eadem verborum formula quæ tertiam Spelmannianam concludit, & si non male memini, in aliena pariter manu scribuntur.

plomaticæ

plomaticæ peritos non convenerit, quinam chartarum habendi sunt *defectus essentialis*, qui vero non. Utinam vir egregius, si quis unquam alius, *nigrorum Monachorum* clypeus, & ornamentum, *essentialem defectum*, five *lethale vitium*, cum quo solo diploma constare nequit, definiendo explicuisset; ut in disceptando de veteribus instrumentis, illorumque fide, ipse sua definitione posset esse definitus. Privilegium Episcoporum pro *Curbionensi* monasterio conditum dicitur *tempore Theoderici regis*, quod tamen ille conditum esse fatetur *tempore Chilperici*. Id vero, illo iudice, non essentialia vitia diplomatis est, quo perimitur privilegium; sed error scriptoris non admodum periti, cui proclive fuit errare.

V. *Historicorum aut inscriptionum testimonia legitimis chartis non ita præjudicare debere, ut illorum præferatur auctoritas.* Hanc autem regulam fanius in his verbis versùs finem sectionis exprimit: *non semper in diplomatum præjudicium citari debent historici & tituli, quamvis authentici & æquales.* Quod quidem de historicis & titulis publicis dici verè potest, qui tamen, experientia docente, ferè semper in diplomatum præjudicium citari solent à criticis, qui ad illos in causâ diplomaticâ rarius frustra appellant.

VI. *Additiones incarnationis, indictionis, glossematum, aliorumque similium, maxime in exemplis, seu apographis non officere instrumentorum veritati.* Sed meo iudicio, OTTLEYE, fallax & dolosa est hæc regula. Primo in hoc, quod dicit, *additiones incarnationis, &c.* Secundo in hoc, quod ait, maxime in apographis. Quibus via sternitur ad vindicandum quodvis falsissimum, corruptissimumve donationis diploma, etsi *autographum*, in quo forte neque annus incarnationis cum tempore donatoris; neque indictionis annus cum anno incarnationis convenit. Hoc enim cum accidat, facile tamen ab omni mala fide diploma liberatur, dicendo cum *Mabillonio* instrumentum istud vitiosum esse apographon, in quo imperitus exscriptor annos incarnationis & indictionis temerè de suo adjecit. Tertio, in illo fallax videtur regula, quod non constat an de additionibus istis seorsim, vel omnibus simul sumptis illam intellectam esse velit. præsertim si phrasin (*aliorum similium*) consideres, quæ ad tot, quot quisque vult, diplomatis vitia significanda ampliari potest. Idem etiam, ait, dicendum esse de nominibus propriis male in aliquo instrumento scriptis. Siquidem ex veris, *unius primæ literæ compendio* scriptis, à sciolo aliquo exscriptore illa male esse reddita docet. Ut verbo dicam, ita libri sui *de re diplomatica* à doctissimo auctore comparati sunt, ut nullum ferè tam grave crimen in *reum diploma* intentari potest, quod illo patrono, aut illius artibus facile depelli nequit. Si ex *manu forte*, constat diploma aliquod eo tempore, quo confectum esse attestatum est, non esse scriptum, tum ex sola scriptura de vetustis chartis non est pronunciandum, quia non unum est in uno sæculo unaque provinciâ scripturæ genus. Si Historicorum, & titulorum testimonia tempori vel loco datæ chartæ contradicant, illorum tamen auctoritas, non præferenda est, quantumvis sint authentici, & æquales, quippe quod errata non levia auctoribus aliquando subrepunt. Si voces, phrasisque, vel forte utræque non in usu fuerunt, quo tempore chartam esse conditam testatum est, tum charta ista *Apographa* dicenda est, in qua ex imprudentia & levitate librarius nonnulla exemplaris vocabula immutavit; aut forte sciolus transcriptor *exemplaris* verba non capiens, alia sui temporis pro illis substituit; aut glossemata falsa adjecit. Si quando chartæ, quæ in iis sæculis confecta erant, in quibus per *annos regni*, vel per *annos regni, annosque indictionis*, tempus scripti semper denotari solebat; annus *Christi*, & aliquando cum illo concurrentis, & epactæ anni objiciuntur: depellitur statim objectio, dicendo interpolatorem instrumenti, studio juvandi posteros, aut forte ex imprudentia & levitate annos istos adjecisse. Dicit insuper cum *Mabillonio* potest, addendi annos Christi maxime occasionem dedisse *Chartulariorum* usum. In quibus instrumenta cujusque Ecclesiæ aut Monasterii secundum seriem temporum ordinata sunt; obque id vetustioribus literis adjecti sunt anni incarnationis ad seriem istam demonstrandam. In *reum* aliquod diploma, si fraudis crimen ex falso quopiam proprio nomine intentetur, illo etiam magistro, proclive est dicere, falsum, seu per errorem male scriptum nomen, factum esse à vero per compendium exarato, ab imprudenti & ignaro aliquo exscriptore, qui veri nominis compendium non intelligebat. Si falsum esse instrumentum constat ex vitiosis subscriptionibus, seu testium nominibus, quorum duo forte pluresve, in nullo eodem tempore simul vixerunt; vel saltem tempore, quo factum instrumentum est; cuius ad ejus exemplum tale quodpiam instrumentum defendere vo-

lenti in promptu erit dicere, id non originale, sed originalis exemplum seu apographum esse, in quo librarius ex imperitia, temerè, & inconsulto aliqua testium nomina addidit; aut alia pro aliis, quorum forte fugientes literas non potuit dignoscere, sine consilio, sed sine dolo malo substituit. Eo pacto & evitantur argumenta, quibus impugnatur quodvis diploma, in quo unus aliquis, pluresve testium, anno quod dabatur instrumentum, iis non gaudebant dignitatibus, quorum titulis insigniti diplomati subscripsisse leguntur. Quinetiam hoc pacto, & eludi potest argumentum, quo quis probatum it quamlibet chartam esse commentitiam, in qua vel tempore, quo floruit auctor chartæ, vel saltem quo dignitate illa gaudebat, cujus titulo in illa sua charta insignitur, *datationis* annus adeo non convenit, ut illi maximè repugnet. Denique si à materia, scilicet à ^a cortice arboreo, in quo diploma scriptum est, contra ipsum sumatur argumentum, tum ad tanti magistri exemplum facile erit respondere, plerisque recentiorum corticem ex ligno cum papyro Ægyptiaca, quæ corticis speciem habet, confundere: dein magna eruditionis specie, & dicendi pompa, probatum iri, papyrum Ægyptiacam, quæ corticis nomine comprehendi potest, in codicibus, & diplomatis antiquis scribendis adhibitam aliquando fuisse.

His regulis hanc addit observationem: nempe *Multas esse chartas falsas, quarum notæ chronologicæ veræ sunt; multas item veras, quarum notæ sunt vitiosæ.* & primum quidem deprehendi possit diversitate stili ab eo tempore alieni, aut aliquâ circumstantiâ historicæ veritati repugnante, quæ observatio non levis est momenti, multisque exemplis illustrari possit. Unum hîc affero ex Historia *Parthenonis* beatæ Mariæ Sueffionensis; nempe descriptionem bonorum ejusdem *Parthenonis*, in Synodo Episcoporum, Carolo Calvo præsentem, factam: cujus tenor ac series nonnihil bonæ antiquitatis sapit, convenitque prorsus cum genio sæculi noni: tametsi Chronologici characteres, & quædam subscriptiones vitiosæ sint. Hæc descriptio facta dicitur, *anno dominicæ Incarnationis DCCCLVIII, Indictione VI, regni verò domini Karoli Imperatoris XXXII.* Ubi annus regni Caroli Calvi Regis, non Imperatoris, haud convenit cum anno Christi DCCCLVIII, sed cum anno DCCCLXII. Vitiosæ sunt etiam aliquæ subscriptiones, ut noster *Michaël Germanus* in ea historia observavit: inter quas censenda est subscriptio *Adelardi Abbatis Corbeiensium. ubi expungenda est vox Corbeiensium,* cum longè ante id tempus *Adalhardus* Abbas Corbeiensis decessisset; tunc vero ageret in vivis Adelardus Abbas Sancti Vedasti, alique ejus nominis; ex quibus unus hîc restituendus est. Cæterum optimæ notæ est (ut jam dixi) ^b contextus ipsius monumenti, & omnium eruditorum judicio genuinus, tametsi alicubi vitiosus. Ex hoc facilis est æquis ac doctis hominibus aliorum similium conjectura. Hæc *Mabillonius*.

Denique (inquit) hîc addenda est alia regula ex tomo secundo Martii Bollandini, exposita his verbis: *Falsa charta continet veram aliquando expositionem, vera falsam.* Fit enim sæpe, ut chartarum conditores in commemoranda veterè historiâ hallucinentur: contra vero falsarii rem accuratius enarrent. Neque verò solum in chartis, etiam originalibus, errata subrepere possunt, ubi facti alicujus post multa sæcula fit mentio: sed etiam in rebus haud ita pridem elapsis falli, aut fallere possunt Notarii etiam imprudentes. cujus rei exemplum est in variis chartis, maximè in iis quæ de prima ecclesiarum seu monasteriorum conditione agunt, in quibus nonnunquam incerta referuntur de tempore, aliisque circumstantiis conditionis, maxime quando monumenta illa longo post intervallo facta sunt.

Haftenus de effugiis *Mabillonii*, sive eludendis & evitandis criteriis aut caracterifimis seorsim sumptis, ex quibus in diplomata falsitatis crimen impingi solet. Quod si dices, OTTLEYE, ex iis omnibus simul sumptis de chartis esse pronuncianum concedere *Mabillonium*; quæso dic mihi per rei diplomaticæ scientiam, quam in Te maximam esse scio, ubi terrarum, instrumentum etsi falsissimum reperire est, in quo non dicam omnes simul falsitatis notas, sed tantum non omnes videre est. Supponamus vero aliquam talem quam desidero, chartam, in qua omnes fraudis characteres concurrunt. Propter omnes tamen coeuntes famosâ ista charta, si *Mabillonii* excusationes justæ & legitimæ sunt, non rejici aut damnari debet. Quemadmodum enim

^a Vide lib. I. c. VIII. de re diplomatica. ^b De observatur à *Mabillone*, qui infra docet falsarios sæpe res accuratius enarrare, quam verarum chartarum conditores.

in causa capitis, si ex singulis accusationis articulis læsæ majestatis crimen probari nequit; neque omnes simul sumpti ad id in judicio assurgent: sic plane in causa rei diplomatis quis in id actor perperam universas fraudis notas in judicio simul proferet, si singulæ illius sinceritati non officere possunt. Equidem non possum quin fatear *Mabillonium* essentialia defectus, propter quos damnandæ chartæ sunt, à non essentialibus distinxisse. Sed hoc quidem discrimen, quod *verbo* ponit, *re* tollit; siquidem, illo auctore, nullus defectus adeo essentialis esse potest, quem per *notarium, librarium, vel exscriptorem* diplomati accidisse dicere non licebit. *Interpolationes, vitiosæ subscriptiones, glossæ, mutationes, alia pro aliis substituta*, eaque non ex mala aliqua intentione, dolove malo; sed *imprudencia, imperitia, temeritate*, & non raro ex studio *juvandi posteror* nata: ad hoc *prudencia, moderatio, & æquitas*, quibus in examinandis chartis opus esse dicit: hæc omnia *pharmacopœa* *Mabillonii* sunt, ex qua ad sananda, si liceret, vel lethalia sui ordinis diplomatum vitia, medicamenta deprompta velle videtur.

Hæc ego, OTTLEYE, contra *Mabillonium*, qui plus satis versutus, quibus technis, & subterfugiis commentitiæ suæ chartæ propugnandæ sunt, monastici ordinis homines docuit. Hæc, inquam, contra *Mabillonium*, nihilo fere minus *Mabillonii* cultor, & prorsus ab omni in monachos malevolentia immunis. qui monasteria in *Anglia* non cum religione reformata, sed cum suis archivis, omni auro magis pretiosis, everfa, & sacrilegis manibus direpta periisse doleo.

In dissert. epistolaris p. 110, 111. de valore *Thrimse* apud veteres *Anglos* egi, occasionem amplexus, quæ mihi oblata fuit, à *Weregildo* regis, qui apud illos communi jure æstimabatur (nam apud *Mercios* alia regis æstimatio erat) *triginta mille Thrimsis*, i. e. *triginta mille tremissibus*. Nam *Thrimsam* à *tremisse* derivatam etiamnum judicamus. Recte etiam ex *LL. Burgund. & Rip.* tertiam partem *solidi* fuisse *Thrimsam* statuimus. Sed cum *solidus* esset vel aureus, vel argenteus, in eo jam hallucinatus mihi videor, quod argentei *solidi* tertiam partem, seu trientem, illam esse affirmabam.

Hujus erroris (si certe tamen error est) notitiam acceptam refero *Claudii Boterovei* Galli excellentissimo libro, Parisiis edito, MDCLXVI, qui inscribitur *Recherches curieuses des Monnoyes de France*. In quem quidem librum summa diligentia à nobis frustra quæsitum fortè incidi ferme post annum, à quo tempore *dissert. epistolaris* impressa est. Auctor ille libri sui p. 175, & deinceps, aureo de *solido Francorum & Franco-Gallorum* veterum diligenter tractans, eum valuisse *quadragesima denarios argenteos* ex lege *Salica* demonstrat. Cum *Boteroveo* de *solidi aurei* valore convenit etiam rei nummarie peritissimus *le Blanc*, in libri sui de *Gallie nummis*, cujus epigraphe *Traite historique des Monnoyes de France*, editionis *Amstelodamensis* pag. 40.

Semissis ergo *solidi aurei* valebat *xx denarios argenteos*; *Tremissis*, unde *Anglorum Thrimsa*, *tredecim* cum *tertia parte unius denarii*, qui valebat nostræ monetæ argenteæ *duos denarios & 1/2*. *Solidus* ergo *vett. Francorum aureus* valebat nostræ monetæ argenteæ *xiii. solidos duosque denarios*; *Semissis* ejus *vi solidos & septem denarios*; *Tremissis* vero, apud *priscos Anglos thrimsa*, *iv solidos & iv denarios* cum *tribus denarii partibus*. *Thrimsarum* ergo *triginta mille*, regis apud *Anglos* æstimatio, valore æquabant nostræ monetæ argenteæ *sex mille, quingentas, nonaginta & tres libras cum quindecim solidis*. En vero, OTTLEYE, calculum nostrum prout, me rogante, in tabulas illum retulit aurifex quidem *Gallus*, rei nummarie scientissimus.

Monnoyes de Francois		Monnoyes d' Angleterre.	
Le sol d'or fin	8 — 7 — 10	Le sol d'or fin	0 — 13 — 2
Le demi	4 — 3 — 11	Le demi	0 — 6 — 7
Le tiers	2 — 16 — 0	Le tiers	0 — 4 — 3/4
Le denier d'argent	0 — 2 — 6	Le denier d'argent	0 — 0 — 2 1/2

Soifante & douze grains d'or, ou d'argent, pois de *Marc*, ne peze que 60 grains de pois d'argent, ou d'or en Angleterre. L'once pois d' Angleterre peze plus de

a Le sol d'or Francois par la Loy salique valoit quarante deniers d'argent. au 1. art. si cum surris non detinuerit, DC. denariis, qui faciunt solidos xv. culpabilis judicetur. Quinze fois quarante font fix cens. Les demy sols valotent vingt deniers, & les tiers en valotent treize & un tiers. au Tit. 40. Art. 10. In Cod. LL. antiquarum, quas edidit Frid. Linden-

brogius art. XIII. si quis admiffarium alienum sine consensu domini sui spadaverit DC. denariis, qui faciunt sol. xv. culpabilis judicetur, & per unumquodque jumentum, quæ ille continere consueverat, trianen (tria en, in dicto LL. antiquarum codice) componat, quod est tertia pars solidi, id est, XII denarii, et tertia pars unius denarii.

11 grains que celui de France. En France l'once peze 576 grains. En Angleterre l'once peze 480 grains.

Hæc Tecum, quem ad lectoris vicem in præfatione nostra gerendam selegi; operæ pretium communicare duxi de tremiffis, vel *Thrimse* valore apud veteres *Anglos*, quibus cum antiquis *Franco-Gallis* frequens commercium intercedebat. Adde quod tremiffis aurei solidi apud hos nummus percussus erat, cujus in citatis supra auctoribus icones videre est. apud illos vero, aut summam computatitiam fuisse; aut si signatus, & commercii nummus erat, quemadmodum jam nunc moneta *Galliæ* tam aurea, quam argentea, cujus usus apud nos est, tum ad *Anglos* à *Francia* advenarum, præsertim mercatorum interventu, allatum illum fuisse affirmandum est.

Ad me in præloquio proventum opportune allatum est JOH. O. STIERNHÖÖK *De Jure Sueonum & Gothorum vetusto*, opus vere aureum, quod ex variis monumentis, instrumentis, historicorum fragmentis, cum primis vero ex *legg. provinciarum* particularibus condidit, illustrissimo domino MAGNO GABRIELE DE LA GARDIE, Comite de Lackdd, Cancellario regni, auctore. In hoc opere nihil fere occurrit, quod antiquitates *Anglicas* non illustrat. Libri primi caput II. omne illud in *dissertatione epist.* de curiis comitatus, *tribingorum*, & *hundredorum*, vel centenarum traditur, multa luce perfundit. Illis, quæ scripsimus de causarum *duodecimviri* judicio, multum lucis accedit ab iis, quæ ille de *NEMBDÆ* initio & constitutione tradidit in libri I. cap. IV. Ubi quæ nos ex aliis auctoribus, de *NEMBDÆ* diximus *dissert. epist.* p. 37. ille illustrat & confirmat. Sententiam quoque nostram corroborat de *duodecim juratorum* origine *Nortmannicâ* his verbis: *hec nembdæ ratio etiam hodie non in Dania tantum, sed etiam in Anglia superstes est, ex eo proculdubio jure, quod Dani, & Normanni in Angliam invexerunt. Perinde etiam ut nos, eligunt ex viris scilicet honestis, qui in vicinia habitant; perinde etiam ut nos, & habent, & nominant, Tolfman. Alibi etiam in illo capite ostendit officium Nembdæ in vetustis temporibus fuisse, factum tantum examinare, explicare, & judici certum reddere. Quamvis in initio tam de jure, quam de facto judicasse Nembdarios arbitratur. quæ nostræ de duodecim juratorum institutione, & origine opinioni minime repugnant. Cum illis etiam, quæ *dissert. epistolaris* p. 8. diximus de causis, summarie simplicique modo agi solitis apud *Anglo-Saxones*, sine causidicis, aut solennioribus juris formulis, concordat, quod in libri I. cap. VI. ab illo scriptum est. scilicet *vett. Sueonibus* procuratores, & advocatos prorsus ignotos fuisse, tam in civilibus causis quam criminalibus, & quod tam citantibus, quam citatis ad curiam in persona comparendi necessitas in civilibus erat. Maxime autem conjecturæ nostræ de origine *brevium originalium* favent, quæ in illo capite dicit de modo citandi, quo partes litigantes in judicium apud *vett. Sueones* vocabantur. Etenim apud illos judex aliquando, sed rarius; sæpius actor ipse citationem edebat, non per scripturam, sed per testes, utpote qui ad domum rei cum binis testibus profectus *dicam*, diemque dixit. In cap. VII. luculentissime scribit de *duelli judicialis* origine. quibus in causis, & quibus conditionibus, ac modis admissum; ac quando, ac quare sublatum ostendit. De *ordalii*, sive ferri igniti contrectatione non minus perspicue, doctèque scribit in VIII. capite; ut & in nono de probatione per *Sacramentales*, quæ *vadiatio legis* apud nos dicitur. De modis exequendi sententiam, & pœna veterum, speciatim de executione, quam veteres *Sueci* *NEMÆ*, *Anglo-Saxones* *NAM*, unde *Withernamium*, quod nos *repressalias*, vel *reprisalias* vocamus, agit in cap. X. In cap. XI. de poena pecuniaria, atque obiter de speciebus, & ratione veteris monetæ *Suevicæ* tractat. ubi omnia ab iis, quæ de generibus nummorum *Saxonicorum* scripsimus, fere toto, quod aiunt, coelo differunt. In libri II. cap. I. de nuptiis veterum *Sueonum* & jure conjugali præclare scribit. ubi multa occurrunt, quæ donum *Morgengabicum*, de quo in superiori præfationis parte, amplius explanant, & mirifice illustrant morem, quo *Anglo-Saxonum* sponfos in futuri conjugii contractibus sponfis prædia simpliciter, & ut *feodum simplex*, solitos esse dare ostendi. *Dotalitium* (inquit) fuit in mobilibus vel immobilibus, *allodialibus* vel *acquisitis* - - - Quicquid autem sic datum fuit, non tempore vitæ, aut ad usum fructum tantum mansit, ut in Regum, principum hodie, & nobilium *Morgennaticis*; sed absolute translato plene dominio, ut mulieri esset facultas de iis pro libitu disponendi, eaque mortua intestata, transfret ad ejus hæredes. In ejusdem libri cap. II. pulchre agit de jure parentum, & liberorum. In cap. III. de Successionibus. In cap. IV. de jure dominorum & servorum, ubi ostendit emptio-*

nem,

hem, & venditionem fervorum, ut pecudum, per *mediatores*, & *testes* fieri esse solitam, ut semper fiebat apud *Anglo-Saxones*. Quod emptionis, & venditionis fervorum chartæ à nobis exhibitæ commonstrant. In capp. v. & vi. de contractibus, & eorundem ratione, & differentiis tractat. In cap. vii. de fundorum cultu. In viii. de veneratione. In ix. de jure suppetiarum in casibus paupertatis ex incendio, naufragio, morbo, &c. accurate scribit. Pars posterior libri ii. quæ in octo *capp.* de criminalibus agit, apprime iis utilis est, qui leges *Saxonicas* recte scire, & intelligere cupiunt. Præsertim illi necessaria erit, qui legum Saxoniarum novam, seu tertiam editionem isto, quem præscripsimus, modo reip. literariæ daturus est. Hæc de STIERN-HOOKII opere, quod ob ejus præcellentiam, Tibi, cunctisque, qui in studendo jure *Angliæ Saxonice* vetusto proficere cupiunt, præcipue vero juris nostri civilis studiosis notum facere, & commendare volui, ne libri iis tam utilis ingenti beneficio carerent.

Dum hæc scriberem (Cl. OTTLEYE) allatæ etiam à R. viro *Geo. Harbin* ad me sunt duæ epistolæ, altera *Sim. Dewesii*, altera *Fr. Junii FF.* ad *Joannem Seldenum* datæ. Quarum illam integram, hujus partem, quia ex iis cognoscamus quanti literaturam Saxoniam faciebant excellentes illi viri, & quam bene in ea discenda, & amplianda se operam posuisse, credebant, ego, qui de Septentrionalium literarum utilitate dissertationem scripsi, non potui non publicare.

Viro clarissimo, amico colendissimo, JOANNI SELDENO.

AB exegetico illo, Clarissime Seldene, opera industriaque *Alexandri Noëlli* pridem concinnato, tantum Lexico nostro *Theutonico-Latino-Anglico* duobus comprehenso tomis accessit incrementi; ut tam insigni à Tuâ humanitate accepto beneficio indignum me omnino æqui æstimarent arbitri, nisi gratitudinis nostræ hoc Te penes resideret testimonium: imo ut cumulatiùs nos Tibi devincires, vetus illud ex pergamenâ fragmentum ms. Regum *Edgari & Canuti* leges *Anglo-Saxonicas*, aliaque eodem continens idiomate, generosè nobis nec expectantibus dono dedisti; unde pars non contemnenda vigiliarum nostrarum in bonum publicum susceptarum lucem eo maturiùs aspectura est; nec parum id mihi fuit volupe, quod vir eruditione modestiâque eximius *Franciscus Junius* Te conatus nostros animitùs probare nuper testatus sit. Inclusum hunc *Tiberii* Imperatoris aureum indubiæ vetustatis nummum, non compensationis vice, sed grati duntaxat animi ergo, Tibi destinatum, inter Tua reponere dignator cimelia. Vale, vir clarissime, & labores in re antiquaria nostros fovere pergas.

Vifimonasterii, postridie Kal. Feb.

CIDICXLIX.

Juliani --- CIDICXLIX.

Tibi devotissimus

SIM. DEWESIUS.

To my much honored freind, Dr. John Selden.

..... The long stay I made the last year in Germany, occasioned me to take some pains in excussing some old *Francick monuments*, though I lighted but on very few; but having met here in these our parts with four *MS. glossaria*, besides 26 *Hymnos veteris ecclesiæ cum antiquâ interlineatione Theotisca*, I begin to think my self now so well instructed with good subsidies, as that I shall be bold to try how to ad something to what *Goldastus* and *Freberus* have commented in that kind. In the meane while have I here *Anglo-Saxonick types* (I know not whether you call them *Dunchons*) a cutting, and hope they will be matriculated, and cast within the space of seven or eight weeks at the furthest. As soon as they come to my hands, I wil send you some little specimen of them, to the end I might know how they will be liked in England, and afterwards goe in hand with the forementioned *glossaries*, illustrating and comparing them one by another; but especially with the *Anglo Saxonick*; and so goe in hand with some of these *Anglo-Saxonick monuments* I transcribed by your favour out of divers *Cottonian MSS.* The mutual collation of both, I am sure, will give much light to both. As for *STROZZA* or *SFORZA de condenda urbe nova*, I could not mee with him any where, neither found I here as yet any *Stationer* that knew him. I shall not forbear to continue looking after that book; and you may be sure to have it, if it be to be found here, or at *Leiden*. Elsevier meaneth shortly to begin with that

that great work of *Vossius* his *Origines*, and his *Pelagiana historia* much augmented. But I thinke he stayeth till my kinsman be returned out of *Suede*, we lookeing for him to be here within four, or five weeks: as yet no great matters is printed of old *Vossius*: but (as it seemeth) they will shortly fall to it with better times, which God grant us to meet with.

Amsterdam. the 8 Day.
St. Pobo. 1654.

Your assured Freind,

and most Humble Servant,

Fr. Junius.

O Utinam superstites etiam nunc essent inclytus ille doctorum triumviratus, qui *Septentrionalium* literarum nihilo secius, quam *Græcarum & Latinarum*, studio gaudebant. O utinam, inquam, me jam scribente illos florere contigisset, quos non modo ingentis operæ, quam promovendo *Aræbarum* literarum studio dedi, socios haberem; sed operis etiam nostri excudendi fautores & patronos: quos cum haud exiguo præstantissimorum hominum numero, quibuscum me eodem ævo vixisse gaudeo, posteritati, & quantum tam mediocris scriptor potero, sempiternæ gloriæ commendarem. Illos intelligo, qui patriarum antiquitatum amatores ad imprimendum grande hoc opus, non suos solummodo nummos liberaliter contulerunt; sed ut alii tam è clero, quam è populo, bonarum literarum, & literatorum *Mæcenates*, suis etiam symbolis juvarent, auctores esse voluerunt. Etenim de antiquis linguis *Septentrionis*, illarumque utilitate & præstantia, scribendi institutum nostrum sic omnibus commendarunt; ut qui diligentissime, valdeque ex animo res aliorum, quibus bene volunt, commendare solent. Idcirco cum eximiorum horum virorum commendationes tantum nobis ad hanc rem utilitatis, quantum & ipse sperabam, nec ipsi dubitabant, attulerint; gratum & benefactorum memorem animum in me quum illi, tum boni omnes merito requirerent, si, qui tales sunt, silentio præterirem. Id etiam si facerem, ingrato mihi succenserent *Musæ* meæ *Septentrionales*; dolerentque graviter *Asæ*, & *Asiniæ* omnes, qui arctodas terras primi *runas* docuerunt. Quinetiam non tantum illorum, qui in linguis *aræbis* ante multa sæcula libros scripserunt; verum illorum etiam, quorum studio in lucem apud nos, & externos olim prodierunt, infensos manes haberem.

En igitur, OTTLEYE, charissima nomina, quæ eo ordine, quo in *albo* nostro fortè scripta sunt; eoque consilio heic tanquam in tabulas publicas refero; ut doctis nota, maximis suis in rep. literariam meritis, laudem idoneam consequantur.

R. admodum pater supra laudatus *Gulielmus* Episcopus *Carleolensis*, scriptis suis in magnam rei antiquariæ beneficium, & amplificationem editis celeberrimus. R. vir *Joseph. Kelsey*, S. T. B. Archidiaconus *Sarum* & Ecclesiæ Cathedralis *Sarisburiensis* Canonicus residentiarius, non solum divinarum literarum sed *Matheseos*, præfertim *Algebræ* scientiâ summâ præclarus. R. vir *Gulielmus Graham*, S. T. P. Ecclesiæ Cathedr. *Carleolensis* Decanus dignissimus, & Ecclesiæ Cathedr. *Dunelmensis* Canonicus. RR. viri, *Georgius Wheler*, eques auratus, & S. T. P. *Johannes Moreton*, S. T. P. *Johannes Smith*, S. T. P. Ecclesiæ Cathedr. *Dunelmensis* tres Canonici; omnes ob merita sua in rempublicam literariam, meumque hoc susceptum memorandi. R. & doctissimus vir *Richardus Parsons*, LL. Professor, Dioeceseos *Glocestriensis* Cancellarius dignissimus, disciplinæ Ecclesiasticæ labascentis strenuus vindex, & scientia antiquitatum *Pagi*, & Ecclesiæ Cathedralis *Glocestriensis* præclarus, operis nostri promotor eximius. R. & eruditus vir *Henricus Hickes*, A. M. Ecclesiæ Paroecialis de *Stretton* in *Com. Warwick.* Rector dignissimus. R. & doctissimus vir *Edvinus Sandys*, S. T. B. Archidiaconus *Wellensis*, & Ecclesiæ Cathedralis *Wellensis* Canonicus. Cl. vir *Richardus Healy*, LL. Professor doctissimus, Decani & Cap. *Wellensis* Cartophylax, & Seneschallus, operis nostri cum primis fautor. Honorabilis admodum Dom. *Richardus* Dom. *Annesly*, Vicecomes de *Altham*, Ecclesiæ Cathedralis *Exoniensis*, non ita pridem Decanus. Doctissimus, & Reverendus admodum pater in *S. Ceaddæ* Cathedra sedens *Johannes* Episcopus *Licetfeldensis*, & *Coventriensis* Episcopus, non ita pridem cum Ecclesiæ Cathedr. Canonicus esset, à nobis in maxima existimatione habitus. Qui, pro summa sua humanitate, amorisque stabilitate, & constantia non vulgari, idem mihi in adversis, qui in prosperis rebus amicus fuit, etfi de rep. tam Ecclesiastica, quam Civili non

idem

idem prorsus sentiremus. Quo nihil laudabilius, nihil præclaro viro dignius, qui cum vere magnum animum, & excelsum gerat, ab amico circa res sacras civilesque forte secus, ac ipse, sentiente non solum sine diffidio, sed sine acerbitate potest dissentire. R. & doctissimus vir *Carolus King*, A. M. Ædis Christi apud *Oxonienfes* Socius, omne genus literaturæ, & imprimis *Saxonica* peritissimus. R. vir *Humphredus Prideaux*, S. T. P. Ecclesiæ Cathedralis *Norwicensis* Decanus, qui ad augendam rempublicam literariam, in qua magnam sibi gloriam operibus suis comparavit, ut nostrum accederet, id comprobando fecit. Cl. vir *Hans Sloan*, M. P. Regiæ Societatis Londinensis Secretarius, multis nominibus nobis & reipub. literariæ maxime colendus. R. vir *Jonathan Kimberley*, A. M. Ecclesiæ Parœcialis S. & individua Trinitatis in Civitate *Coventriensi* vicarius, & Ecclesiæ Cathedr. *Licetfeldensis* Canonicus doctissimus. Cujus in opus nostrum beneficia, quæ contulit, ut commemorem gratus jubet animus. R. vir *Willhelmus Higden*, A. M. Ecclesiæ *Anglicanae* Presbyter (forensi nostra voce utor) *deprivatus*. qui reip. literariæ & Ecclesiasticæ, deo volente, operibus suis profuturus, in hoc faciendo nos interdum languentes, & ferme animum despondentes magnopere confirmabat. Prænobilis, & humanissimus vir *Franciscus Annesly* de Interiori Templo *Londinensi* armiger, causarum actor juris peritissimus, de nobis, & opere nostro præclare meritis. Honorabilis admodum Dom. *Johannes Dom. Somers*, Baro de *Evesham*. cujus amicitia firma, constans, stabilisque res prosperas nostras splendidiores fecit, & adversas leviores. Doctissimi, & RR. viri *Daniel Hill*, & *Johannes Wyville*, Ecclesiæ Cathedr. *Roffensis*, seu *Hrofensis* Canonici A. MM. ambo suis vicibus in Synodis provinciae *Cantuarenfis*, quæ *Londini* nuper convenerunt, Decani & Capituli *Roffensis* Procuratores. *Rogerus Sheldon* Armiger, Reverendissimi in Christo patris, *Gilberti* non ita pridem Archiep. *Cantuar.* τὸ μακρῶς ex fratre nepos, amicus mihi ob præclaras virtutes plurimum colendus. R. vir *Gulielmus Cave*, S. T. P. Ecclesiæ *Vindesorensis* Palatinæ Canonicus, libris suis in reip. literariæ beneficium ingens editis sempiternam gloriam adeptus. Cl. vir *Bartholomæus Shower*, eques auratus, medii Templi *Londinensis* non ita pridem Socius, nuper vita defunctus. cujus desiderio, etsi me moveri fatear tali amico orbatum; illius tamen non plango decessum: quippe cui immortalitatem assecuto nihil mali accidisse puto. *Mihi autem accidit id mali, quod accidit.* verum suis incommodis graviter angere non amicum, sed seipsum amantis est. Doctissimi, & RR. viri *Gulielmus Hopkins*, S. T. P. non ita pridem Ecclesiæ Cathedr. *Wigorniensis* Canonicus; & *Johannes Jephcott*, S. T. P. ejusdem Ecclesiæ Canonicus, Par amicorum clarissimum, tum amoris vinculo, tum etiam virtutum societate inter se junctorum. quorum ille mihi, quanquam est subito ereptus, vivit tamen, semperque vivet: hic mihi semper plurimum colendus. Doctissimus & R. vir *Gulielmus Bishop*, Coll. *Baliolensis* apud *Oxonienfes* Socius, ante duodecim annos cum magno Collegii detrimento *deprivatus*. R. vir *Radulphus Lowndes*, A. M. Ecclesiæ *Anglicanae* Presbyter *deprivatus*. qui in umbra & secessu degendo non potest facere, quin virtute & eruditione sua splendet, quæ celari non possunt. R. vir *Edmundus Gibson*, S. T. P. pluries à nobis in hoc opere, de quo optime meruit, honorifice memoratus. R. & doctissimus vir *Whiteus Kennett*, S. T. P. Archidiaconus *Huntingdonensis*, & Ecclesiæ *S. Botulphi* juxta portam *Londinensem*, *ALDGATE* vocatam, parochus. qui sæpe mecum ante septennium agebat, ut de antiquis literis *Septentrionalibus* ad hoc operis me accingerem. quæ cum omnium cognitione dignæ illi visæ sint, in illius ædibus libros nostros sine mora inchoabam. in quibus tandem ad finem perductis, si, quo reip. literariæ profuerim, quid fecerim, id illi, tanquam auspici, omne tribuendum est. Ornatissimus vir *Thomas Bowdler* armiger, nobis tum propter causam amicitia, *Virtutem*; tum propter ejusdem non mediocre condimentum, *Morum sermonumque suavitatem*, imprimis charus. qui in nonnullis obscuris & difficilibus nobis *Oedipus* fuit. Dignissimus vir *Richardus Snow* de *Clipsham* in agro *Rutland.* armiger, & in officina Magna Cancellariæ scribarum unus, forensium negotiorum scientia & humanitate summa clarus, operis nostri fautor & promotor maximus. Honorabilis vir *Carolus Holt*, de *Aston* in Com. *Warwicensi* Baronettus, eruditionis cum pietate & humanitate singulari junctæ magnum exemplum. cujus veterem in vitam mecum amicitiam non possum, quin commemorem, quod ejus memoriam vellem fore sempiternam. Ornatissimus vir, nobilitate stirpis, & humanitate summa clarus, *Gulielmus Longueville* armiger,

armiger, Interioris Templi *Londinensis* Socius, & causarum patronus Jurisconsultissimus, inter primos, qui literis *Septentrionalibus* à nobis excultis bene voluerunt, cum grato animo, & summo honore memorandus. R. vir *Thomas Turner*, C. C. C. apud *Oxonienfes* Præfident, & Ecclesiæ Cathedr. *Eliensis* Canonicus dignissimus, qui eruditionis, virtutis, ingenii, morum, studiorum, omnisque denique præstantiæ suæ ut fructum caperem, ab incunabulis nostræ veteris amicitiaæ semper facere voluit. *Johannes Fortescue* de Medio Templo *Londinensi* armiger, causarum actor, juris, & literaturæ *Saxonica* peritissimus, qui à *Johanne Fortescue* milite, *Regii Banci*, regnante *Henrico Sexto*, Justitiario capitali, & dein magno *Angliæ* Cancellario, ob singularem juris peritiam, & librum de laudibus legum *Angliæ* scriptum, longè celeberrimo, recto stemmate genus ducit. R. vir *Johannes Younger*, S. T. P. Ecclesiæ Cathedr. *S. Pauli Londinensis* Canonicus. Residentiarius, nobis fere à juventute ob constantis fidei amicitiam, moderationem animi, morum candorem, & eruditionem præcellentem, maximi æstimatus semper, & inter primos charus. *Charlwood Lawton* armiger, juris consultus: Qui seposito partium studio, ex omni populo bonos diligit, à bonis omnibus dilectus. Qui etiam pro amicitia, seu potius charitate sua, quæ non angusta aut contracta res est, *miseros*, perinde alienos, quam *propinquos*, tam qui diversum, quam qui idem secum de rep. & religione sentiunt, adjuvare studet. Qui denique animum tam moderatum, beneque constitutum habet, ut aliorum ferre opiniones, qui suas nequeunt, facile possit. Ornatissimus juvenis *Alexander Denton* armiger, Medii Templi *Londinensis* alumnus, juris studiosus, linguæ *Saxonica* cum primis peritus. Doctissimus, & R. vir *Thomas Brown*, S. T. P. Collegii *D. Johannis* apud *Cantabrigienses* Socius. cujus auctoritas, quæ apud eruditos omnes plurimum merito valet, multos operis nostri fautores conciliavit, qui ad id excudendum argentum liberaliter contribuebant. Doctissimus, & reverendus admodum in Christo Pater *Franciscus Turner* non ita pridem Episcopus *Eliensis*, à *Manaritis*. cujus amicitiaæ recordatione sic superstes fruor, ut beate vixisse videar, qui cum illo conjunctissime vixerim. Amplissimus, & antiqua virtute, fideque vir *Robertus Atkins* de *Pinbury park* in pago *Glocestriensi*, eques auratus, cujus amicitiam meminisse hic juvat, quod maxime è raro illo, & pene divino genere hominum esse eum sum expertus, qui in amicitia se graves, stabiles, & constantes præstant. Nam absque ulla amoris & benevolentia remissione, perinde in adversa, ac prospera fortuna per triginta jam continuos annos me diligere persistit. Clarissimus, & amplissimus vir *Samuel Pepys* armiger, *Matheseos*, rei que navalis longe peritissimus, non ita pridem sub *Carolo II.* & *Jacobo II.* *Angliæ* Regg. *Admiralia* à secretis, de bonis literis, & de patria, hoc est, de regno & ecclesia *Anglicana* optime meritis. Venerabilis canitiei vir *Robertus Jones*, S. T. B. Ecclesiæ parœcialis *Leckhamptonensis* in pago *Glocestriensi* per multos anteactos annos rector, & archipresbyter ruralis vigilantissimus. cui tantum quidem me debere fateor, quantum fere fas est hominem homini debere. R. & Doctissimus vir *Nath. Spinckes*, A. M. Ecclesiæ Cathedr. *Sarisburiensis* Canonicus *deprivatus*, linguæ & antiquitatis *Saxonica* scientissimus, propter veterem & sinceram fidei amicitiam mihi charissimus. cujus doctrina & consilio in faciendis his libris sæpe usus sum. R. & doctissimus vir *Georgius Martin*, S. T. B. Ecclesiæ parœcialis *S. Mildredæ* de *Poultrey* in *Londino* Rector, & Ecclesiæ Cathedr. *Normicensis* Canonicus. cujus promptissimam erga me benevolentiam sine ingrato animo, non possum silentio præterire. R. & doctissimus vir *Gulielmus Moore* A. M. Ecclesiæ parœcialis *Aldburiensis* in Com. *Oxonienfi* Rector dignissimus, nobis semper honorifice memorandus. R. vir *Wilhelmus Thornton*, S. T. B. *Aulæ Cervinæ* in *Academia Oxonienfi* præfectus, Ecclesiæ *Anglicanæ*, fidei *Catholicæ*, *Apostolici* regiminis, & disciplinæ, quæ omnia Christo aut Apostolis gaudent auctoribus, contra innovatores propugnator strenuus, veterum dogmatum, & scriptorum Ecclesiasticorum, si quis alius, scientissimus. Cl. vir *Johannes Lawson*, M. P. *Saxonica* & *Runica* literaturæ peritissimus. qui, cum vehementer ægrotans ante xxviii annos illum *Æsculapium* feliciter haberem, in convalescentis animo mirabilem *vett.* *Septentrionis* linguarum amorem adeo excitavit, ut, quam primum otium *Wigornicæ* nactus fuerim, ad illarum studium me diligentissime converterem. Reverendus, & doctissimus vir *Nicolaus Martin*, A. M. *Aulæ Carvinæ* apud *Oxonienfes* Viceprincipalis. cujus in libb. hos nostros excudendos maxima merita meminisse mei muneris esse existimo. Accedant RR. & doctissimi


viri, *Curatores* proeli *Academiae Oxoniensis* de bonis literis, & rep. literaria, quam *libb.* potissimum MSS. excusorum ingenti copia amplificaverunt, optime meriti, mihi que semper honorifice gratoque cum animo memorandi, quod ad excudendum hoc opus typos suos *Junianos*, sine quibus quidem excudi non poterat, roganti facile accommodarent. Amplissimus & Nobilissimus Dominus Carolus Dom. *Fanshawe* Vicecomes *Donoghmore* ob humanitatem summam, antiquos mores, bonarum literarum scientiam præclarus. qui viginti mihi *nummos argenteos Saxonicos* rari generis, in numismatum tabellis sculpendos, liberaliter dono dedit. R. & præstantissimus vir *Johannes Robinson*, non ita pridem Coll. *Oriensis* in *Oxonia* Socius, rerum Anglicarum in *Aula Suecica* per multos præteritos annos administrator felicissimus. cui ego *libb. vett. Sueo-Gothicorum* notitiam *Peringskioldianam*, & *Academia Oxoniensis* monumentum *Runicum* unum atque alterum acceptum fert, quod dignum censui quod *Gramm. Islandicæ* p. 3. sculptum exhiberetur. Prænobilis & illustrissimus vir *Robertus Harley* de *Bramton-Brian* in agro *Herefordensi* armiger, rerum civilium usu, & bonarum omne genus literarum scientia instructissimus. qui *Senatus Anglicani* Cathedram petiit nunquam, gaudente tamen populo *Anglicano*, factus est *Orator* ter: qui non solum studia mea ductu & auspiciis suis lucidiora & alacriora reddidit; sed opus hoc nostrum cum vetustis multis, quæ mihi voluit impertire, auxit & exornavit. Nobilissimus & honorabilis vir, Patricio genere natus, *Heneage Finch* armiger, *Jacobi II. R.* non ita pridem cohorti prætorix præfectus fidelissimus, cui unum atque alterum rarissimum nummum *Saxonicum* publici juris in tabb. faciendum mecum communicare placuit. Prænobilis & amplissimus vir, *Robertus Cotton* de *Gidding* in Com. *Huntingdon.* armiger, nepos *Roberti* & filius *Joannis Cotton*, *Baronettorum*, ab avo & patre, duo conjuncta & amplissima virtutis & honoris patrimonia nactus. Qui pro gentilitio suo in antiquas literas, & præcipue in rem nummariam amore, decem e rarissimo genere denarios *Sax.* numismatum tabellis insculpendos mecum communicare voluit. Huc etiam accedant tres lectissimæ, atque ornatissimæ fœminæ, siquidem libri nostri, cui plus quam illis debeant, habent fere neminem. Prænobilis matrona *Dorothea Grahme*, apud superos ante annum immortalitatem consecuta, *Jacobi Grahme* de *Levins* prope *Kendall*, in Com. *Westmorlandiæ*, armigeri conjux optima, virtutibus clarissima, & memoria sempiterna digna. Nobilis & veneranda matrona *Susanna Hopton* de *Kington* in Com. *Hereford.* *Christiane* pietatis præclarum exemplum, & *Ecclesiæ Anglicanæ* magnum decus. quæ rerum divinarum, & præcipue sacrarum literarum scientiam non vulgarem affecuta, libros nonnullos anonymos edidit, qui in piorum piarumque manibus teruntur. quibus tamen editis clarescere noluit, pro modestia sua inexpugnabili, utpote quæ mallet doctam & bonam se esse quam videri. Præstantissima & honestissima matrona *Catherina Bovey* de *Flaxley* in argo *Glocestriensi*, *Angliæ* nostræ *Hypatia Christiana*. de qua nulla laus tam modice, quin ejus summam graviter offendant modestiam; nec tam alte & magnifice dici potest, quin eam virtutes ejus æquent, si non exsuperent. Præstantissimorum hominum hoc agmen claudat vir vere Apostolicus, & reverendus admodum in *Christo* pater *Wilhelmus LLoyd*, *Episcopus Norwicensis* ante XIII annos, cum *Ecclesiæ Anglicanæ* magno damno, gregisque sui gravissimo dolore, diœcesi sua deprivatus. cujus summæ quidem eruditionis & sapientiæ præsulis cum amicitia, quod possum comparare, ex omnibus rebus, quas mihi aut natura aut fortuna dedit, equidem fere nihil habeo.

Hæc apud Te (Clarissime vir) quem existimavi dignum, qui lectoris personam sustineres, de libro meo præfanda putavi. qui in longe majorem, quam credebam, molem accrevit, cum meo quidem magno damno; sed doctorum, qui *Arctæ* literaturæ studiosi sunt, ni male auguror, non minori tum emolumento futuro, tum etiam voluptate. Magno, inquam, cum meo damno detrimentoque, sive bonæ valetudinis jacturam, quam in eo scribendo feci, considerem; sive ingentes proeli sumptus, in quos, præter magnam pecuniam, quam ad illum imprimendum bonarum literarum *Mæcenates* contulerunt; quod deprivato sustentando supererat, tantum non integrum abiit peculium. Verum enim vero, quamvis ea est, quam vides, operis nostri nimia, ut multis forsan videbitur, magnitudo, id tamen non majus prodidisse non possum quin doleam. Etenim constitueram *Scaccarii*, *Arcisque Londinensis* archiva diligenter perscrutari, & quæ in illis delitescunt *Saxonicorum* & *Normanno-Saxonicorum* instrumentorum, quotquot antiquitatibus nostris illustrandis inservirent, seu in-

XLVIII AUCTORIS DE OPERE SUO PRÆFATIO.

tegre, seu partim, pro re natâ descripta, cum id genus monumentis, quæ *Bibliothecæ* nobis suppeditarunt, è tenebris suis in lucem protulisse. Verum id volenti facere, cum neque per labefactatas vires, neque per gravescentem ætatem, neque per numerorum defectum liceret; nil restat, quin D. O. M. supplex precer, ut aliquem *Philosaxonem* rei antiquariæ peritum excitare velit; qui, quæ præstare aut perficere non potuimus in hoc opere, in alio tandem suppleat, & perfecta reddat. Quinetiam faxit immortalis idem triunus Deus, ut grande hoc opus, in quo struendo sex annos posuimus, *Septentrionalis* literaturæ saltem æque placeat cultoribus, ac, ex quo natum & cretum est, grammaticale illud opusculum, tyronibus etiamnum perutile, quod ante xv annos *Oxoniæ* edidi, placebat. Cui *Testimonia* & *Eulogia*, quæ docti, cum è *Nostris* tum *Exteris*, dederunt, subungere propterea volui, quod ad novos hos exantlandos labores iis mirifice excitatus essem. Denique finem Præfationis facturus, Deum servatorem pro incolumitate, vitæque *Tua* longæva non possum non orare, illumque etiam atque etiam fuis precibus rogare, ut Te genere, modestia, vitæ sanctitate, suavitate morum, prudentia, rerumque tam divinarum quam humanarum scientia clarum; ut Te, inquam, *Sacerdotii* ornamentum, ad *Sacerdotii* fastigium, hoc est, ad *Ecclesiæ* gubernaculum, quo nihil citra cœlos sanctius; non *Tui*, qui privatam vitam agere cupis; sed *Ecclesiæ* suæ causa, quæ tanquam navis in procelloso mari jactatur, provehere dignetur. Vale.

Londini Calend.
anuar. MDCC. II
III.



TESTI-